eſt ſimile ligno buſſi: et odor eius eſt pinguis.
Et eſt ariſtologia longa. Eſt ⁊ alia ſpecies ro-
tunde ꝙ̄ virgas ſubtiles habet ſup quas ſunt
multa folia rotūda ſilia folijs ſemp viue mino
ris. ⁊ flos eius eſt ſimilis flori rute. ⁊ radix ei⁹
eſt longa ſubtilis. ſuper quam eſt cortex groſ-
ſus boni odoris qua apotegarij vtuntur in cō
fectionibus vnguentorum et electuariorum.
¶ Auerrois libro colliget. capitulo de ariſtolo

gia. Ambe ſpecies eius calide ſunt et ſicce in ſecundo gradu.

## Operationes

A ¶ Ariſtologia rotunda valet contra aſma humida due partes pulueris ariſtologie. et dimidia gentiane cõficiantur cum melle. et tale electuarium detur.

B ¶ Contra epilentiam ariſtologie rotunde euforbij. caſtorei ſulphuris viui. fiat decoctio in oleo petroleo vel muſtellino vel ſaltem cõmuni. et inungatur ſpina a collo inferius.

C ¶ Ipſe etiam puluis confectus in aceto ſcabiem et ſaniem curat.

D ¶ Contra venenum et morſum venenatorum animalium detur puluis eius cum ſucco mente vel vino.

E ¶ Puluis eius mortuam carnem corrodit ſiue ſit in vulnere ſiue ĩ fiſtula. formetur liciniũ ſm profunditatem eius et melle inunctũ aſpergatur puluere ariſtologie et immittatur.

F ¶ Ad expellendũ fetum ſiue viuũ ſiue mortuũ coquatur radix in vino ⁊ oleo ⁊ fiat fomentũ.

G ¶ Dyaſcorides. Morſibꝰ venenatis aut potionibus venenatis cum vino ariſtologie ro. ʒ. i. data medetur. et impoſita id etiam preſtat.

H ¶ Secundinas deponit. Aborſum facit bibita cũ pipere ⁊ myrrha peſſario adhibita. Similem effectum habet longa ſicut rotunda.

I ¶ Sed rotunda plus aſmaticis confert et ſubglutionibus et frigoribus et pleureticis cum aqua bibita ſingulariter medetur.

K ¶ Infixa corpori euocat vulneribus ſordiciem ⁊ putredinem tollit. alta vulnera replet.

L ¶ Mellis et yris ilirice mixta gingiuas ⁊ dentes a putredine purgat.

M ¶ Dyaſcorides. Virtus eſt omnibus ſpeciebus eius calida et feruens. faciunt deniqȝ ad putredines. et purgamenta oſſium deſpuẽda. Et ad frigidas febres. et ſolitã in feminis purgationem prouocat. potui data. ʒ. i. vel cathaplaſmatibus impoſita.

N ¶ Ad vſum tamẽ medicine aptior eſt ro. guſtu amara. hec enim in emplaſtris miſſa caua vulnera replet.

O ¶ Facit et ad viperatum morſum. Et ad alia venena extrinſecus poſita ⁊ dolorem de ventoſitate pingui ⁊ indigeſta curat et adiuuat.

P ¶ Etiam aſmaticos cum aqua bibita. Ad reuma et ſpaſmata ſuper omne medicamen vtilis eſt.

Q ¶ Frigore extiſtos in oleo vel axungia porcina cocta calefacit.

¶ Cancrinomata que in naribus naſcuntur cum cipero et dragontea ſemina cum melle trita. et in naribus ſemel et iterum vel tertio impoſita perfecte ſanat. R

¶ In febribus acerrimis ariſtologiam ſiccam ſuffumiga fugatqȝ demonia. Et hilariorem facit infantem ſuffumigata. S

¶ Radix eius purgat fiſtulam et ad ſanitatem perducit. Et podagricis cum aqua datur. T

¶ Galienus. Ariſtologia dolores qui ꝓpter opilationem vel aliquã groſſiciem ſpiritus indigeſti rotunda ſanat magis q̃ longa. Et ſtimulos educit. et putrefactionem ſanat. V

¶ Et ſordida mundificat vlcera. ⁊ dentes ⁊ gingiuas clarificat. Adiuuat autem aſmaticos et ſingultiantes. Et epilenticos et podagricos cum aqua bibita. X

¶ Sed ⁊ rupturis ⁊ conquaſſationibus ſuper aliquod aliud farmacum idonea eſt. Y



Capitulum. xlj.

Ariſtologia longa. Dyaſcorides capitulo de ariſtologia. Ariſtologia dicitur a grecis fetalogos et apiſton. Cuius tria ſunt genera. Longa rotunda ⁊ clematitis. Longa maſculus eſt. que et dactilis dicitur. folia habens oblonga et virgellas tenues longitudine duorum palmorum. florem purpureum profert. Radix eſt illi robore digitali ⁊ odoris boni. Rotunda de qua ſupra dictũ eſt appellatur femina. folia habens edere ſimilia. odorata cum viſcitudine obrotunda et mollia et lenia tactu. multas virgas habens ex vna radice oblongas: florem album et rotundum habet. in medio florem croceum ſed eſt inutilis. Radix eſt illi rotunda et odore non iocunda: guſta tamen bramoſa. de illa in precedenti capitulo dicta. Illa que dicitur clematitis virgas habet tenues et longas. folia rotunda et florem ſimilem rute. Radicem oblongam ⁊ tenuem. corium habentem groſſum et odoratũ. quam pigmentarij ad confectionem oleorum miſcẽt. et reliquis medicaminibus ſicut rotundam. Galienus ſexto ſimplicium farmacarũ capitulo de ariſtologia inquit. Ariſtologia lõga eſt ſubtilium partium q̃ʒ rotunda. nõ tamẽ ipſa inutilis eſt. immo eſt abſterſiue et calefactiue virtutis. et minus quidem q̃ʒ rotunda abſtergit et euaporat. calefacit autem non minus ſed forte magis. Unde in quibus opus eſt mediocriter abſtergere longa eſt melior. ſicut in vlcerum incarnationibus. In quibus vero volumus groſſum humorem fortius ſubtiliare rotunde eſt opus.

## Operationes.

A ¶ Auicenna. Ariſtologia duplex eſt. Quedaʒ eſt longa. quedam rotunda. Operationes rotunde in precedenti capitulo dictu. Sed longa in naſcentijs et vlceribus dignior eſt. quia calidior et magis abſterſiua.

B ¶ Mundificat quoqʒ pectus et pulmonem et confert dolori lateris cum aqua bibita.

C ¶ Mundificat etiam vlcera ſordida. et excoriationi generat carnem proprie longa.

D ¶ Probibet fraudeʒ vlcerũ putridorũ. Confert etiam puncture ſcorpionis et ad multa ꝓficit.

E ¶ Platearius. Ariſtologia vtraqʒ calida in primo gradu et ſicca in ſecundo. Rotunda magis competit medicine. et radix magis q̃ʒ folia. De qua in precedenti capitulo dictum eſt.

## Capitulum. xlij.



Arbor glandis. Sera. li. aggre. ca. huſſos auc. galie. Sapor omniũ ptiũ hu' arboris ẽ ſtiptic' ⁊ maxie corticis medij inter exteriorẽ corticẽ ⁊ lignũ. Et ſiĺiter pellicula q̃ eſt inter fructũ et corticẽ ſuũ ⁊ noiat̃. Geſt. ⁊ abulos. Et fruct' q̃dem infrigidat in frigidatione pauca. ⁊ poſſibile ꝙ fit in h̃ ſicut medicine tepide ꝑmi gradus ⁊ deſiccat. ¶ Dyaſco. ca. de arbore glandiũ. Arbor glandis eſt totaliter ſtiptica. ⁊ id in q̃ eſt maior ſtipticitas eſt pellicula q̃ eſt inter corticẽ exteriorẽ ⁊ lignũ. ⁊ ſiĺiter pellicula q̃ ẽ inter fructũ ⁊ corticẽ. ¶ Pli. li. xiij. Arbor glandis ſiue quercus in alto mari naſcitur quercus et abies cubitali altitudine: et ramis eoꝝ adherẽt conche. Quercu etiã tingi lanas tradunt. Gloſa ſup yſaiã. Quercu ariditate ꝯcuſſa defluũt folia. Unde ꝓpheta Iudeis. Eritis inquit velut quercus defluentibꝫ folijs. Et iterum. Baſan habet glandiferas quercus que non hominum ſed porcorum eſt cibus. Unde iuxta prophetam. Dies domini veniet ſup quercu baſan. ¶ Palladius. Arbor glandis ſiue querc' d̃r q̃ſi quernus. putredine enĩ difficile cedit ĩ ſicco ſeruata. ¶ yſi. Querc' ſiue arbor glandis eſt arbor multum annoſa. Sic legit̃ de quercu mãbre. ſub qua habitauit

abraham que fertur vſqꝫ ad conſtantini regis imperium per multa ſecula perduraſſe.

## Operationes.

A ¶ Dyaſcorides. Cinis quercus cum oleo mixtus ꝛ inunctus mouet ſudores. Hoc ceteri preſtant cineres. ſed magis quercinus. Lixinia quoqꝫ ex cineri quercus ad vſus medicine efficaciſſima eſt hominibꝰ ꝛ pecoribus que tenſione pulmonis vexant. et quibus aliqua venenata res obſiſtit. Bibita nanqꝫ ſtatim ſalutem affert.

B ¶ Utilis etiam eſt vulneribus humectis. et in fiſtulis.

C ¶ Et vulnera difficilia ad ſanandū ꝛ calloſa longis temporibus ſordida.

D ¶ Quotidie itaqꝫ lauanda ſunt. ꝛ ſic apto medicamine ſananda. quia virtus lixinie non ſanat ſed ad ſanitatem diſponit vulnera.

E ¶ Sera. au. gal. Curat nimium fluxū ſanguinis menſtruorū ꝛ ſputū ſanguinis. Et conuenit vlceribus inteſtinorꝫ ꝛ fluxui ventris.

F ¶ Et idem. Et ego quidem conglutinaui vulnus in quodam quod factum fuit cum enſe.

G ¶ Cum folio glandis poſtquā triui in petra et poſui ſuper vulnus in circuitu eius.

H ¶ Et vniuerſaliter fructus eius eſt ſiliis huius virtutis.

I ¶ Et aliquando adminiſtrat in apoſtematibꝰ calidis in principio eorum ꝛ in augmento.



## Capitulum. xliij.

a Arbor vel lignum vite paradiſi.

## Operationes.

A ¶ Hanc naturaliter habet virtutem. vt qui ex eius fructu comederet perpetua ſoliditate firmaretur ꝛ beata immortalitate veſtiretur. nulla infirmitate vel anxietate vel ſenij laſſitudine vel imbecillitate fatigaretur.

B ¶ Auguſtinus ſuper geneſim. Arbor quidem vel lignum ſcientie boni vel mali erat corporale ſicut arbores alie in paradiſo terre ſunt nec cibo erat noxium. Sed dictum eſt lignū ſcientie: cognoſcendi bonum ꝛ malum: quia poſt prohibitionē erat in illo futura trāſgreſſio qua homo experiendo diſceret quid inter obedientie bonum ꝛ inobedientie malum intereſſet.

C ¶ Hieronymus ſuper leuiticum. xxvij. facies (inquit dn̄s) altare de lignis ſethim. ꝛc. Ecce altaris ligna que de lignis paradiſi ſunt igne vicino non cremantur ſed puriora reddunt. Nec mirum cum etiam amithon genus ligni. quanto plus areſcit tanto mundius inueniat.

D ¶ Gloſa ſuper tercium regum decimo. Tina ligna imputribilia ſunt ꝛ ſpinoſa in ſimilitudinē albe ſpine. rotunda quoqꝫ ſunt ꝛ candida. Ex eis facta ſunt fulcra. ſcilicet ad fortitudinē tēpli ſuſtētacula ꝛ omniū muſicarꝫ inſtrumēta



## Capitulum.xliiij.

Abies dicta eo ꝙ p̄ ceteris arboribus longe abeat. et in excelſum promineat Huius natura eſt expers terreni hu‑moris ac perinde abilis habetur et leuis. Eſt autem ſine modo. Et de hac fiunt naues. hāc propter candorem gallicam vocant quidam.

### Operationes

A ¶ Palladius libro duodecimo. Abies quam vocant gallicam vtilis eſt materia. que niſi p[illegible] pluatur. eſt leuis rigida et in operibus ſiccis perhenne durabilis

B ¶ Gloſa ſuper ezechielem.xvij. Ex abietibus tabulata ceduntur. quibus nauis texitur propter leuitatem. iuncturaſqꝫ tabularum mollibus inuicem ſeſe tenentium atqꝫ mordentium

C ¶ Ex libro de naturis rerum. Abies arbor eſt leuis. et abſqꝫ nodoſitate que difficilime cedit

D putredini vermibus autem nunqꝫ. ¶ Plinius libro duodecimo. Abietis vmbra ſicut in glan‑dium quacunqꝫ attigerit eſt venenū. ¶ Abieti

E et pinoſi quis detraxerit corticem ſole thaurū vel geminas tranſeunte. cum geminat ſtatim moriuntur.



## Capitulum.xlv.

Armoniacū. Serapion libro aggre‑gatoris. capł. vaſac. auctoritate dyaſcoridis Armoniacum eſt gummi plā‑te ſilueſtris ſimilis plāte galbani in figura ſua Et naſcitur in terra dicta a regemonis. et eſt in partibus codi. Hec herba grece dicit̄ aſios cuius radix vulnerat̄. ꝛ egredit̄ lachrymus qui colligitur ꝛ ſeruatur. ſed aliquando de ipſo ca‑dit ſuper terram. quare admiſcetur cum eo ter‑ra ꝛ lapilli ꝛ aliꝫ ſordes. ſed melius ex eo eſt ha‑bens odorem bonum in quo non ſunt lapides nec ligna. ꝛ tendens ad albedinem. cuius fra‑ctiōes ſunt ſimiles fructus olibani. ꝛ eſt purū ſine ſorde. ꝛ eius odor vergit ad odorem caſto‑rei. ꝛ ſapor eius eſt amarus. ꝛ habet in ſe pin‑guedinem ꝛ ſplendorem cum ſoliditate ꝛ illud quod eſt huiuſmodi dicit̄ carniſſima ſed illud quod continet terram ꝛ lapillos nominat̄ chi‑ronia. Et defertur de terra que dicitur mona‑con ꝛ eſt ſuccus plante ſimilis plante galbani

### Operationes.

¶ Paulus capitulo de armoniaco valet cōtra tuſſim antiquam ꝛ humidam et aſma ex groſ‑ſo ꝛ viſcoſo flegmate in gutture. A

¶ Pillule armoniaci accipiūntur in ouo ſor‑bili: vel diſtemperentur in melle et dentur. vel fiunt pillule ex eo et melle. dentur tamen prius pectore mollificato cum dyaltea ꝛ aliꝫs. B

¶ Contra ſcrofulas in principio accipe armo‑niacum. ſal gemma. [illegible]trum ſuccum marubiꝫ ceram ꝛ reſolue armoniacum cum aceto ꝛ di‑mitte p noctē ꝛ poſtea reſolue cum cera et aliꝫs rebus ꝛ inunge. C

¶ Contra lumbricos detur armoniacum cum ſucco abſinthiꝫ et reſolue ipſum in aceto. et fiat emplaſtrum in vmbilico. D

¶ Ut dentes cadant accipe armoniacū. ꝛ ſuc‑cum iuſquiami ꝛ inunge dētes ꝛ cadant. E

¶ Auerrois quinto colliget. ca. de armoniaco calida eſt in tercio. ſicca in primo. F

## Capitulum.xlvj.



Asa fetida. Sciendum quod asa est gummi quoddam quod vocatur asa. ⁊ huius quedam est oderifera. quedam fetida. Et dicitur odorifera quia paruum habet fetorem vel paruum odorem. Et dicitur fetida quia per excellentiam habet fetorem. Et est gummi herbe anuidē. ⁊ est habens vehementem igneitatē. sed asa odorifera fit ex succo ipſius herbe habens aliqualem odorē herbe predicte. Serapion libro aggregato. capitulo anuiden. Anuiden id est planta cuiꝰ gūmi est alibit id est asa fetida. radix eius dicitur maharoch. planta eiꝰ habet stipitem qui dicitur mastates ⁊ est similis ferule. et folia eius sunt similia folijs apij ⁊ semen eius latum. ¶ Galienus octauo simpliciū farmacorū. capitulo de silfio. substantia eius est aerea. ⁊ virtus gūmi eius quod est asa. ⁊ virtus ramorum ⁊ radicū ⁊ floris eius est que calefacit calefactione forti ⁊ est ca. ⁊ sic. in tercio gradu ⁊ illud quod est de ipſo maioris saporis est gummi. ⁊ ipſa planta est calidior ⁊ subtilior aliarum plantarū omnium. Et propter hoc est magis resolutiua. et ita lac aliarum arborum omnium. et est in fine caliditatis. ⁊ est substantie venenose. niſi quia est plus in ea substantia ignea aerea. Et idem ſm aliam translationē silfij. calidiſſimus quidem opos quinymo folia ⁊ stipes ⁊ radix calefacit generose sunt autem ventoſioris substantie omnia. ⁊ ſm hoc difficile digestibilia. extorſum tamen corpori appoſita operatiora sunt. et maxime omnium opos attractiue sufficienter existens virtutis ⁊ cōsumere carnem. et destruere habet propter predictam eius complexionem ¶ Auicenna libro secūdo capitulo de asa. Asa est duarum specierū quarum vna est fetida et altera odorifera. non fortem habens odorem. sed calidior earum est fetida. ⁊ est herba vehemētis igneitatis. in se tota ⁊ plurimū quidem huius speciei est cirmēse ⁊ est gumma almaroch. Et ca. in primo. sic. in secūdo.

## Operationes.

¶ Dyascorides capl'. silfium. id est asa fetida. A
Virtus eius radicis est termantica. stomachum inflat. ructuationē ꝓuocat. indigestabilis est. ⁊ veſice cōtraria accepta.

¶ Cerotis mixta ⁊ impoſita pustulas ⁊ scro- B
fas spargit.

¶ Oleo addito liuores corporis limpidat. C

¶ Oleo ciprino vel yrino addita sciaticis frigi- D
dum humorē ſiccat. in aceto cocta et cathaplasmatibus impoſita ani causas competit.

¶ Bibita venenis occurrit eustomaca est. E

¶ Et idem Calasar. Vino additum alopitias F
emendat. melius id agens si piper ⁊ acetū acceperit. suffuſiones oculorū in inicio detergit. melle caligines oculorū limpidat.

¶ Auicenna. Asa disrumpit ventoſitates. effu- G
gat eas propter resolutionē suam ⁊ est cum hoc inflatiua ⁊ incidit ⁊ resoluit sanguinē congelatum in ventre. confert alopitie illinita cū aceto ⁊ pipere.

¶ Et quando administratꝰ in cibarijs facit bo- H
num colorē. Et abscindit verrucas que sunt vt claui.

¶ Et cum inciduntur apostemata fraudulen- I
tia mortificātia membrum. si ponatur asa super ea confert.

¶ Et est bona in cura duballet apparentium ⁊ K
occultorum. confert empetigini quando bibitur cum aqua granatorū. Confert contritioni lacertorum.

¶ Et confert dolori neruorꝫ sicut tetano ⁊ pa- L
ralisi si accipiatꝰ ex ea aureus et misceatꝰ ſm ꝙ dicitur. cū cera ⁊ degluciatꝰ aut si bibatur cum vino pipere ⁊ menta.

¶ Serapion aucto. dyasco. Radix huius ar- M
boris est deſiccatiua difficilis digestionis. et est nociua veſice. quando miscetur cum ceroto resoluit scrofulas ⁊ exituras.

¶ Et quādo fit ex ea emplastrū cū oleo aufert N
liuorem qui fit sub oculo. ⁊ quando coquitꝰ in

O aceto ⁊ cortice granati. ⁊ fit inde emplaſtrũ cu/
rat emorroidas ani. ¶ Et quando bibitur cũ
tiriaca. eſt medicamen mortiferorũ. ⁊ veneno/
ſorũ. Et ipſa preparat̃ ⁊ comeditur ſcilicet cũ
ſeminibꝰ ⁊ ſale ⁊ eſt bona ſtomacho. Et homi/
nes ſcindnnt ſtipitem ⁊ radicem. ⁊ egreditur
inde lachrymus qui colligitur ⁊ ſiccatur. Et
P eſt illud quod dicit̃ aſa. ¶ Et melior ex aſa eſt
illa que vergit ad rubedinem. et eſt clara ſimi/
lis myrre habẽs bonum odorem non ſimilem
odori porri. nec odorem horribilẽ ſubito ⁊ quã
do teritur ⁊ infundit̃ cito reſoluitur. Et quan/
do tenetur in ore ꝓuocat ſaliuam cito. fortius
autem ꝙ in tota hac planta eſt. eſt gũmi ⁊ poſt
illud eſt folium. ⁊ poſt illud eſt ſtipes. gummi
autem eſt acutum inflatiuum quod quãdo mi
ſcetur cum aceto vino ⁊ pipere. ⁊ ponitur ſuꝑ
Q alopitiam: curat eam. ¶ Alia autem que dicit
Serapion ſunt hic poſita ſm mentem dyaſ.
galie. ⁊ auicen. quare pro nunc tranſeo.



## Capitulum. xlviij.

Asarum. yſidorus Aſarum naſcitur
a in vmbroſis montibus. herba floribꝫ
caſie ſimilibus. Ineſtqꝫ flos iuxta radicem
purpureus in quo ſemen continetur vuarum
ſimile. radicibꝰ pluribus ac tenuiſſimis. ⁊ be/
ne redolentibus. ⁊ eſt virtute ſimilis nardo.
¶ Dyaſcorides. Aſarus eſt quã multi nardũ
agreſtam appellant. habet folia edere ſimilia
tenuia ⁊ rotunda. florem inter folia iuxta radi
cem purpurei coloris in ſimilitudine. Juſqui/
ami ſemen vero ſimile vuis. habet et radices
plurimas tenues atqꝫ nodoſas ⁊ geniculoſas
ſimiles agreſti id eſt gramini. odore ſuaues ac
linguam remordentes cum feruore ſufficienti
¶ Auicenna. Aſarum eſt herba habens ſemi/
na plurima. cuius radicum nodus eſt tortus ⁊
aſſimulatur piperi boni odoris linguam mor/
dicantis. habet florem inter folia apud radi/
cem ſuam. cuius calor eſt purpureus ſimilis
flori iuſquiami. Radix eius eſt magis iuuans
ꝙ̃ aliquid quod in eo fit. Et eius virtus eſt
virtus acori vel eo fortior. Et eo melius eſt ꝙ
ſubtilis odoris eſt Nam calidum eſt ⁊ ſiccum
in tercio gradu. Et dicit̃ ꝙ ſiccitas eius eſt ma
ior caliditate ipſius. ¶ Pliniꝰ libro. xxvij. Aſa
rũ eſt herba habens folia edere ſimilia. ramos
longos. radices numeroſas. tenues. odorati/
uas. flos eius aureus. grane ſemine ſerrula/
tum. naſcitur in montibus.

## Operationes.

¶ Contra ſerpentem ictus valet non ſolum A
modo. ſed etiam linitum. ¶ Plinius libro. xxi. B
Aſarum eſſe ſalutare iecoris traditur viciis.
Axũgia ſumptum in emina mulſi mirti aluũ
purgat ellebori modo ydropicis quoqꝫ ꝓdeſt
ac precordiis vulſis ⁊ morbo regio. in muſco ſi
addas facit vinum vrinis eiiciendis. Cum fo/
lia mittit in vmbra effodit̃ atqꝫ ſiccat̃. ¶ Aui/ C
cenna. Aſarum aperit ⁊ ſedat om̃es dolores
extrinſecus proprieqꝫ infuſio eius. ⁊ ſubtiliat
⁊ reſoluit. membraqꝫ frigida calefacit. ¶ Con D
fert etiam ſciatice ac dolori aurium antiquo et
proprie ipſius infuſis. ¶ Confert iterum groſ E
ſitudini cornee ⁊ opilationi epatis. Eiuſqꝫ du/
ricie i ſplenes veſicam ⁊ renes. Prouocat eiuſ
qꝫ potio ſicut elleborus albus in purgatiõe vẽ/
tris cum aqua mellis ſoluit ¶ Johãnes meſue
Melius eſt ꝙ ei miſcetur ad ſolutionẽ facien/ F
dam eſt aqua caſei cũ ſpica ⁊ aqua mellis. Et
quidam infundunt aliquid ex eo in muſco. et
conſeruatur in vaſe per tres menſes. Et eſt il/
lud vinum medicina ad ydropiſim ⁊ ſplenem
¶ Subſtinet autem aſarum de decoctione et G
cõtritione rem mediocrẽ ⁊ elaboratio in cõtri
tiõe eiꝰ facit ipm̃ magis ꝓuocatiuũ ꝙ̃ ſolutiuũ

D ¶ Et eſt ex rebus facientibus vomitũ. Et edu-
cit per ventrem. Et eſt ꝓuocatiuũ vrine. ꝛ edu
cit coleram ꝛ flegma. Et eſt ex rebus bonis.
In quibus eſt ſpecies iuuamẽtoꝝ ad opilatio-
nem epatis ꝛ ſplenis ꝛ duriciem eorum ꝛ mor
bos opilationũ. ſicut eſt ydropiſis ꝛ ycteritia
ꝛ duricies ſplenis. ꝛ ꝓprie vinũ infuſionis eius
I quod diximus. ¶ Et confert iuuamentũ ma-
gnũ febribus opilationũ. ꝛ febribus antiquis
ꝛ inungitur dorſum et ſpina ex oleo ipſius cum
K laudano ꝛ facit ſudare. ¶ Et confert opilatio-
ni febrium ꝛ prouocat vrinam. Et in ſpermate
augmẽtum facit. Doſis eius infuſi potio eſt
ab aureis .ij. vſq; ad .ʒ. iiij. ꝛ pulueris eius .ʒ. i.
vſq; ad aureos .ij.



## Capitulum .xlviij.

Aſtragulos vel aſtragallos herba eſt
que folia habet longa cum inciſuris
multis. obliqua circa radicem caules
tres aut quatuor florem iacincti. radices vil-
loſas implicatas rubeas preduras habet. Na
ſcitur in petroſis ꝛ aſperis locis. ¶ Galienus
vi. ſimpli. farma. cap̃. Aſtragulus ſiue ficus
terre ſiue glandula fruticuloſus eſt habẽs ra-
dices ſtipticas. quapropter ex deſiccãtibus eſt

## Operationes.

¶ Galienus. Non debiliter cicatrizat vulne- A
ra vetera. ¶ Et ventrẽ fluentẽ ſtringit ſi quis B
radicem eius coquens in vino bibat. Naſcit̃
autem plurima hec herba in neuete arabie.



## Capitulum .xlix.

Spergula id eſt herba minuta habẽs
folia ſtipitem nodoſum. ꝛ in quolibet
nodo folia in gyro poſita quinq; vel
ſex vel ſeptem ordinata ad modum ſtelle ſicut
herba que dicit̃ rubea vel ſicut algua ſcẽ. ꝛ ab
eiſdem nodis procedunt alij rami ſimili modo
facti cum nodis et folijs vt ſupra in figura cũ
floribus paruis albis ſicut flores oliuarum.
Eſt enim calide ꝛ ſicce cõplectionis.

## Operationes.

¶ Omnẽ duriciem ꝛ apoſtemata durare ſol- A
uens eſt. ¶ Quando fit emplaſtrũ cum ea hu B
mida cõfert apoſtematibus ꝛ reſoluit exterio-
ra apoſtemata.



## Capitulum.l.

Atriplex. Serapio li. aggre. capitulo
araf. Auctori. Dyaſcorides. Araf. id
eſt atriplex. Olus eſt de genere dupli-
ci ortinũ ⁊ agreſte frigidũ eſt: ſʒ domeſtica mul
to frigidior ẽ agreſti. Galien⁹. vi. ſimpliciũ far
macoꝝ capitulo andrafaſis. Andrafaſis ſiue
atriplex ſiue criſolocãna frigide ⁊ humide vir
tutiſ eſt. humida q̃dẽ in ſecũdo gradũ. a medijs
frigida in ꝑmo: quã q̃deʒ tepidã dicebant eſſe
qualitatẽ qualis ⁊ roſis nr̃is dam⁹: niſi qꝛ nõ
eſt particeps ſtipticitatis. ſed eſt aquoſa ⁊ mi-
nime terreſtris: ſic malua. ſed ſecundũ ventrẽ
facile tranſit ſic illa ꝓpter viſcoſitatẽ. om̃ino ãt
modicũ quod diaforeticũ eſt ei. Sunt etiam ⁊
ortulane tam malua q̃ʒ anfradaſis multo hu-
midiores et frigidiores agreſtibus.

## Operationes.

A ¶ Dyaſcorides. Andrafaſis. id eſt atriplex ca-
thaplaſmatib⁊ adhibita cruda ⁊ cocta papulis
B impoſita medeṫ. ¶ Semen eoꝝ cũ mulſa bibi-
tũ ictericos curat. Eius virt⁹ eſt leptintica cũ
polenta cathaplaſmatib⁊ adhibita ⁊ impoſita
C dolorem capitis tollit. ¶ Tumorib⁊ oculoruʒ
neceſſe adhibeṫ. ⁊ fatigationẽ ſtomachi impo-
D ſita tollit. ¶ Semen ei⁹ nefreticis medeṫ. Et
folia eius contuſa ⁊ impoſita ignem ſacrũ com
peſcũt. ¶ Folia ei⁹ comeſta dolores veſice am- E
putant. ¶ Similiter ⁊ reuma ſtomachi ⁊ ven F
tris ꝓhibet. comeſtũ febres acutas extinguit.
¶ Et lumbricos rotũdos educit. Sanguineʒ G
reijciẽtib⁊ ꝓdeſt. Diſſintericiſ comeſtũ auxiliaṫ
¶ Cataplaſmatib⁊ oculoꝝ vtiliter adhibetur. H
Reumatiſmum inteſtinorum ſi adhibeṫ com-
peſcit. Dolores matricis ſuppoſitum mitigat.
¶ Serapion auctoritate Raſis. Semen ei⁹ I
facit vomere fortiter. Et vidi hominẽ q̃ bibit
ex eo. ʒ. ij. et aſſelauit vſqʒ ad debilitatẽ magnã.
¶ Galienus. Atriplex domeſtica multo frigi- K
dior eſt agreſti. quapropter et flegmonib⁊ etiam
frigidis incipientibus quidem ⁊ creſcentibus
ac mollibus adhuc et quaſi feruentib⁊ ortula-
na. eis vero que in ſtatu et declinatione et in-
dureſcentibus et frigeſcentibus agreſtis ſunt
conuenientiores. Fructus autem eius abſter
ſiue virtutis eſt. Unde ⁊ ad ictericos ex opila
tione epatis vtilis exiſtit. ¶ Almanſor tracta- L
tu tertio capitulo de atriplice. Atriplices fri-
gide ſunt et humide. que ventrẽ mollificãtes
bene nutriunt. Ictericis quoqʒ et calidum ha
bentibus epar beneficium preſtant.



## Capitulum.lj.

AUellana Inda ſimilat᷑:ſiue ē ſimillima nuci muſcate:niſi ꝙ pars vna eſt aliq̄liter acutioꝛ. ⁊ alia ē plana:ita ꝙ poſſit ſtare recta ſic̄ calcul⁹ q̄ in ludo ꝺꝛpedes.ī ceteris int⁹ ⁊ extra nuci muſcate ſilis eſt. ſine odoꝛe et ſine ſapoꝛe naſcit᷑.incluſa in q̄dā lanugine ſili ſolliculo ſerici. mltotiēs ꝺefert᷑ inter alias ſpecies:maxīe cū cinamomo a caſu. ⁊ ego vidi ipaȝ in ſuo folliculo eſt ſtipticū valde. et equiparat᷑ ſandalis ī frigiditate. ¶ Sera. li. aggre. ca. faufel. i. auellana inda. Eſt em̄ arboꝛ faufel ſic̄ arboꝛ netegel. ⁊ emittit canulas i q̇bꝫ naſcit᷑ faufel ſic̄ ꝺactuli. Et iſta herba nō ē ī terris arabū Et ideȝ auc. yſaac benarā faufel eſt auellana indica. ⁊ ē fruct⁹ ſilis nuci muſcate in q̄ltate et coloꝛe ſuo. ⁊ ſunt in ea ruge. ⁊ in ſapoꝛe eius eſt parū caliditatis cū pauca amaritudīe. ⁊ ꝺefert᷑ ex ſini. ⁊ eſt frigida ⁊ foꝛtiter ſtiptica.

## Operationes

A ¶ Sera. Foꝛtificat mēbꝛa. ⁊ ꝟt⁹ eius eſt ſicut ꝟtus ſandali rubei. ⁊ ꝯfert apoſtematibꝫ calidis. q̄ qn̄ nō inuenit᷑ ponit᷑ ꝑ eo ex ſandalo rubeo. ⁊ medietas pōderis excoꝛiādo recenti.

B ¶ Eſt em̄ foꝛtiter ſtipticū: ⁊ foꝛtificat mēbꝛa.

C ¶ Et ē bonū ꝺoloꝛibꝫ ꝺētiū: ꝯfirmat ꝺētes ꝯmotos: ⁊ gingiuas ſua ſtipticitate. et repꝛimit caliditatē oculi qn̄ fit ex eo cobol aut emplaſtrū.



## Capitulum. lij.

AUena. Plinius capitulo ꝺe auena. ſiue vt greci egilops. Herba eſt que creſcit in ſegetibus cum folijs tritico ſimilibus ſimplicibus quidem ſed hirſutis cū tenui calamo. habenti in ſūmitate tribus tegminibus ambitum: ex quibus ariſte ſimiles capillis extant. ¶ Serapion libꝛo aggregatoris. capitulo Kuſir. auctoꝛitate Dyaſcoꝛidis. Kuſir ſiue cauſir vel ꝺolara. id eſt auena. Eſt herba cuius folia ſunt ſimilia folijs frumenti. niſi quia ſunt molliora. ⁊ in ſummitate calami eius eſt ſemen ꝺuabus vel tribus tunicis veſtitum. ex quibus exeunt ariſte ſimiles capillis in ſubtilitate.

## Operationes.

¶ Galienus ſexto ſimplicium farmacoꝛum capitulo ꝺe egilops. Sapoꝛ eius eſt acutus parum et acris. Et virtus eius eſt ꝺyafoꝛetica. ſic ꝙ reſoluit apoſtemata ꝺura. A

¶ Et confert fiſtulis que fiūt iuxta oculum: que egilope vocantur. B

¶ Et quando fit cum ea emplaſtrum cum farina curat ſcabiē ⁊ reſoluit apoſtemata ꝺura. Eſt autem vtcunqꝫ ſtipticitatem habens vt et ꝺiarrijs que ſ̄m ventrem conferat. C

¶ Et idem libꝛo pꝛimo ꝺe cibis. caplo ꝺe auena Auena eſt cibus ſubiugalium nō hominum. niſi foꝛte alicubi fameſcentes extreme cogantur ex hoc ſemine paneȝ facere. Extra famem autem per aquam elixum: comeditur cum vino ꝺulci. aut melle conſimiliter cyſe. Caliditate autem ſufficiente participat conſimiliter illi. Quis non ſimiliter illi ꝺurum exiſtens. pꝛopter quod alimentum minus exhibet coꝛpoꝛi. Et aliter autem indelectabilis eſt. quia ex ipo fit panis: non tamen retentiuus ventris. aut pꝛouocatiuus vt pꝛius. ſed in medium ſecundum hoc oꝛdinatus eſt. D

¶ Serapion. Mollit ꝺuritieſ. Et ideo ad egilopas farina eius cathaplaſmatibus cōmixta congrue facit. E

¶ Item eius ſuccus ſeruatus admixtus farine ſextarij in paniſculos redigitur. et iterum reſoluitur aqua in ſucci qualitatem quoniam vſus eius eſt neceſſarius. vires autem habet leniter et efficaciter relaxantes. Et ad omnes tumoꝛes facientes. F

## Capitulum. liij.



Auricula muris. Auicenna. Auricula muris est herba ꝓximi herbe q̄ vitrū abstergit̄ similis. Et h̄ nomen absolutū est duab⁹ herbis. quaꝝ vna est quā nomīat Galien⁹ habens malue odoꝛē ⁊ nō habens duriciā. Alterā quā nominauit Dyascorides est i mansq̄ sit similis volubili: nisi q̄ habet folia minoꝛa cōparata ad ipm̄. Et est herba expāsa sup faciē terre. paruas stipites habēs. domestica bona sine odoꝛe. nec habēs sapoꝛē foꝛtē. flores azulinos habens. Cui⁹ semen assimilatur semini coꝛiandri. Et yrūdines ex ipso edunt. Est aūt calida ⁊ ꝓp̄ie cuius oꝛigo nō est aque ꝓpinqua. Juuamentū eius est (vt ait Musaiach) iuuamentum absinthij. et est res q̄ nō est mōstrata simul in duab⁹ plantis. Que nota ē ex eis (teste Galieno) frigida est et humida in gradu p̄mo. Altera vero est ex summa medicinarum calidarum. In p̄ma vero est stipticitas. Altera est desiccatiua rubificatiua.

## Operationes.

A ¶ Galienus. Spinas et surculos extrahit: et plagas adherere facit. Confert epilentie bibita. Cōfert quoq̄ sternutatione facta ex ea. et eius sternutatio cerebrum mundificat.

B ¶ Succus eius curat oculoꝝ caligines. Confert hydropicis ⁊ calculosis et epaticis.

¶ Et herba ipsa contusa et super vulnus imposita attrahit infixa coꝛpori. C

¶ Galien⁹. Succus istius herbe flegma purgat propter eandem causam. D

¶ Et vniuersaliter loquendo siccatiuā habȝ virtutem. quapꝛopter etiam vulnera solidat. et putrescentibus confert. E



## Capitulum. liiij.

Azedar vel azedarach. est arboꝛ habēs fructū similē nabach. ⁊ nominant eū Judei mirabolanū. Et est arboꝛ magna. fructus eius calida in secundo: et sicca in fine primi. Fructus eius s̄m plurimū est malus stomacho. et foꝛtasse interficit.

## Operationes.

¶ Flos eius aperit opilationem cerebꝛi. A

¶ Radix eius cum vino interficit pediculos. et auget capillos. B

## Capitulum. lv.



A Cetū. Serapion lib. aggre. ca. thal.
auc. Galieni. Subſtātia aceti eſt ſub
tilis cōpoſita ex caliditate ꝛ frigidita
te. niſi qꝛ frigiditas ē amplior i eo q̄3 caliditas.
Et deſiccat i tertio ḡdu ꝓpe finē qn̄ fuerit an-
tiquū. ꝛ eſt nociuū neruis. ¶ Gal. viij. ſim. far.
ca. oxos. ſm̄ trāſlationē grecā. Oxos. i. acetū
mixte ſubſtātie exiſtere: ſcȝ calide ꝛ frigide. Am
bab9 ſubtilib9 ꝑtib9. ſuperat ꝓꝯ caliditatē fri-
giditas. ſiccatiuū ꝓo ſufficiēter eſt h̄ farmacū.
vt ſit tertij grad9 iam cōpleti qn̄ eſt forte.

## Operationes.

A ¶ Dyaſ. Acetū infrigidat ꝛ ſtipticat. et ē bonū
ſtomacho. ꝛ ꝓuocat appetitū. ꝛ abſcindit ſan-
guinē a quocūq3 mēbro fluat. ſi bibat̄ aut fiat
B ſeſſio in eo. ¶ Et coq̄t̄ cū cibis. ꝛ ꝯuenit curſib9
C ſupfluitatū ad ventrem. ¶ Et qn̄ infunditur in
eo lana nō lota aut ſpongia curat apoſtemata
D in ꝓncipio ipoꝝ. ¶ Et reſtringit matricē egreſ-
ſam aut anū exeuntem. Et ſtringit gingiuam
E ſanguinolentā. ¶ Et ꝯfert vlcerib9 fraudulen
tis ꝛ heriſipile. ꝛ formice. ꝛ ſcabiei vlceroſe. et
impetigini. ꝛ emorroidib9. ꝛ panaricon. Et ab-
F luunt̄ cum eo vlcera fraudulenta. ¶ Et quādo
miſcet̄ cū pauco furfuris ꝛ preponit̄ tepidum
ſup podagrā cōuenit. ¶ Et qn̄ coquit̄ cū melle G
et linit̄ cū eo liuor q̄ fit ſub oculo aufert eum.
¶ Et qn̄ infundit̄ ſpōgia in aceto q̄ ꝓus fuerit H
infuſa in oleo roſaꝝ ꝛ apponit̄ fronti conuenit
ſode ex calore ſolis. ¶ Et fumus ei9 ꝯuenit gra I
uitati audit9: ꝛ tinnitui auriū. ¶ Et qn̄ diſtil- K
lat̄ in aurē occidit vermes que ſunt in ea. ¶ Et L
qn̄ bibit̄ calidū ꝯfert accipiētib9 medicinas ve
nenoſas. ¶ Et qn̄ bibit̄ cū ſale obuiat nocumē M
to toxici. ¶ Et qn̄ bibit̄ eradicat ſanguiſugas N
q̄ adheſerint gutturi. Et ꝯuenit tuſſi antique.
Et qn̄ bibit̄ calide conuenit aſmati. ¶ Et qn̄ fit O
gargariſmus cū eo abſcindit curſus humoꝝ
venientiū ad guttur. ¶ Et ꝯuenit ſquinantie P
et caſui vulue. ꝛ collutio oris cū eo ca. cōuenit
dolori dentium. ¶ Paulus caplo de aceto. Fri Q
catio eius cū ſale circa volas manuū ꝛ pedum
valet ꝯtra freneſim ꝛ litargiam.



## Capitulum. lvij.

A Qua. ypocras i libro de aere ꝛ aqua.
Aqua que in altis locis ſiue bulientes
exurgit montib9 aquarū optima ꝛ ſa-
luberrima ſaporata. talis vero multa vini per
mixtiōe indigēs: eſt hyeme calida: eſtate vero

frigida. Similiter qꝫ q̄ ꝓfundiuſculo exurgūt
fonte. q̄ꝛ etiā melioꝛ ea q̄ ab oꝛtu ſolis ⁊ marie
eſtiuo tpe decurrit alba ꝑſpicua. atqꝫ ꝓculdu/
bio eſt odoꝛifera. q̄ vero lenta eſt ⁊ grauis pu/
trefactiua. Opoꝛtet autem te eſſe attentū circa
virtutes aquarū. vtpote q̄ diuerſe in ſapoꝛe et
pōdere ſunt: de hac eñ que turbidi q̄ biberint:
coꝝ ventres calidi ac tumidi fiunt.

## Operationes.

A ¶ Ypocras. Coꝛpa macra cubiti ſpatule tenu/
es ſimiliter facies q̄ꝫ maxīe tū ad ſplenē ꝯflue/
re cogit̃. vñ malus ſanguis ꝓcreat̃ illā nō bibē
B tes multa ſupabundāt comeſtione. ¶ Eſuries
illis ꝑſeuerat atqꝫ creſcit. ⁊ ſitꝭ ſimiliter. ſupioꝛa vētrium ⁊ media inflant̃. quapꝛopter catar/
ticis foꝛtius illis vtendū eſt. q̄ hac egritudine
hieme ⁊ eſtate ꝯtinēt̃ accidit illis aq̄ citrina et
C intereūt. ¶ Eſtate ꝟo diſſinteria lienteria lōga
⁊ q̄rterna laboꝛant. q̄ moꝛbi naturā ꝑuertunt et
mutant. ⁊ in aquā cadūt citrinā. ⁊ ꝑeunt inne/
nes illoꝝ pulmonis doloꝛe. aliis q̄ꝫ paſſionibꝫ
coꝛ mētes ꝑturbantibꝫ affligūt. ſenes acuta fe
bꝛe ⁊ ardētie ex ventriū ꝯſtrictiōe accidēte vexāt̃
Mulieribꝫ apoſtemata de genere albi flegma
tis innaſcūt̃. necqꝫ ꝯcipiūt vel parturiūt niſi cū
magna difficultate atqꝫ moleſtia. coꝛpa eoꝛum
magna ⁊ groſſa. q̄to plꝰ in lōgitudīe ꝓtendūt̃
tāto graciloꝛa fiūt. mēſtrua ꝟo iuxta qḋ opoꝛ/
tet fluūt. pueri hernia viri cauſone crurūmqꝫ
vulneribꝫ infeſtant̃. Sed q̄ huiuſmodi nature
ſūt his vitā impoſſibile eſt extendi. ſꝫ in tempe/
D ſtiua ſenecta ꝑripiunt̃. ¶ Mulieres ꝟo graui/
de vident̃. cū ꝟo tpa partꝰ adueniūt. vteri fetꝰ
inanes tumoꝛe relaxant̃ cuiuſmodi paſſiōe de
tenta matrix q̄cūqꝫ aque citrine coadunatiōe
intumuerit laboꝛat. ad hanc itaqꝫ quā pꝛedixi
mus aquā pertinēs eſt ⁊ ea que a calida terra
ſurgit. aut frigido metallo vel ere ſiue argento
E vel auro ſiue ſulphure aut alumine. ¶ Aque
pluuiales leues ⁊ ſopoꝛate ac lucidiſſime ſunt:
Nam ſol qḋ ſubtilꝰ atqꝫ leuius in attrahendo
aſſumit. Aque pluuiales cito putrent. maluqꝫ
exalāt odoꝛē. quare eñ ex multis ꝯgregate ſūt
aq̄s. Ideo leuꝰ aliis putreſcere ſolent ac muta
F ri. ¶ Aqua niualis vel glatialis oīs mala eſt
poſtq̄ꝫ ſemel fuerit ꝯgelata nūq̄ꝫ ī ꝓſtinā ꝯuer
tet̃ naturā. q̄cq̄d ē ſapoꝛitū ⁊ leue ⁊ clarū fuerit
aut purū id totū gelu adueniēte r̄ceſſit. qḋ ꝟo
G turbidū remāſit. ¶ Et ſic poterꝭ ꝓbare. ſi enim
aquā ī vaſe ad mēſurā poſitā ſub gelu ꝯgelari
dimiſerꝭ cūqꝫ ꝯgelata fuerit ī ſole vel q̄libꝫ ca
lido liq̄factā remoueas eādē mēſura multomi
nus inuenies eſſe. ſilr̄ aūt de gelu ⁊ niue. oīs aq̄
H de niue ⁊ ſilibꝫ peioꝛ eſt oīū aq̄. ¶ Aqua frigi/
da debet dari digeſta materia. ¶ Auiceñ. iiii. I
cañ. ca. de cura fe. in generali. Aqua frigida iu
uat in digerendo. Auiceñ. eodē li. Aqua cali/
da citiꝰ ꝯgelat̃ q̄ꝫ frigida. Auiceñ. pmo canone
doctrina. ii. fen. ii. ſumma. i. cap. iii. Aqua frigi
da nō debet dari ſi eſt humoꝛ crudꝰ ⁊ groſſus.
Auicenna de cura fe. in generali. Aqua frigida
digerit humoꝛē colericū. Auiceñ. eodem loco.
Aqua nō nutrit. Aui. i. canone fen. ii. doctrīa
ii. ca. xvi. Sine aq̄ nō pōt eſſe cōplemētum rei
nutrite. ¶ Aueceñ. eodē loco. Aqua currēs et K
diſcoopta eſt melioꝛ aq̄ꝝ. Auic. eodē li. Meli/
oꝛ eſt aq̄ q̄ ſup petras vadit q̄ꝫ q̄ ſup lutū. Aui.
eodē li. Quāto aq̄ magꝭ lōgatur a ſuo pncipio
tāto melioꝛ eſt. Auic. eodē loco. Aqua q̄ ē eſta/
te frigida hieme calida eſt melioꝛ. Aui. eodē lo
co. Aqua cocta minoris inflatiōis ⁊ velocioꝛꝭ
deſcenſiōis. ¶ Auic. eodeꝫ loco. Aqua pluuia/ L
lis ⁊ ſpecialiter q̄ in eſtate colligit̃ ⁊ cū ſunt to/
nitrua eſt intra meliores aquas. Auic. eodem
loco. Aqua pluuialis impedit pectꝰ ⁊ vocem.
Aui. eod loco. Aque puteoꝝ deterioꝛes aque
ſūt. Eodē loco. Quedā aque generāt flegma: ⁊
q̄dā colerā. Eodē lo. Aq̄ paludū ad apoſtema
ſplenis ⁊ ydꝛopiſim ꝓducit. Eodē loco. Aque
nō currētes q̄cūqꝫ modo foerint nocēt ſtoma/
cho. ¶ Aui. eod lo. Aqua calida coꝛrūpit dige M
ſtionē ⁊ nō tollit ſitim illico. Eodē lo. Aq̄ mul/
tū calida iuuat i colica et ſplenis ventoſitate.
Eodē loco. Aqua nō nutrit. Auic. i. cañ. fen. i.
doctrina. iii. ca. iii. ¶ Aqua debꝫ exhiberi ma/ N
teria exiſtenti digeſta ⁊ ꝟtute foꝛti. Gal'. vi. te/
rapentice. ca. ii. Aqua tepida facit nauſeam.
Auiceñ. i. cañ. fen. iii. doctrina. ii. ca. viii. Aqua
multū calida ꝯſtringit cutim. ¶ Gal'. vii. tera/ O
pentice. ca. ii. Aq̄ frigida nocet defectis. Gal'.
eodē loco. Aqua tepida mollit coꝛpꝰ ⁊ humec/
tat ⁊ delectat. Gal'. eodē loco. Natās imodera/
te in aqua aluminoſa ꝯſtringit cutim ⁊ trāſpi
rationes intus ꝯſtringit. ⁊ ſi ſunt fumoſe gene
rat̃ fe. Gal'. i. de ac. ⁊ moꝛ. ca. i. Multi in frigi/
da aqua balneati moꝛtui ſunt anteq̄ꝫ domum
venirent. Gal'. eodem li. ca. iii. Aqua frigida cō
ueniens eſt colericis tpe ſanitatis ⁊ tpe egritu
dinis. ⁊ hoc ſi fuerint cōſueti coꝛpoꝛi. incōſue/
to nequaq̄ꝫ dari niſi pꝰs venerit ad ſanitateꝫ
¶ Gal'. viii. tera. ca. iii. Si timeas dare aquaꝫ P
frigidam coꝛpibꝫ colericis ꝓpter incōſuetudinē
ſuadeo q̄ nō debeas dare. ¶ Auiceñ. i. cañ. fe. ii Q
ca. xvi. doctrina. ii. Terree aque ſplenem reſol/
uunt. ⁊ nō coire volētes adiuuant ⁊ aeree coꝛ/
ruptioni complexionis vtiles exiſtūt. Dyaſco.
ca. de aqua. Aquarum omniū natura frigida
eſt et humida. Aqua que de lapide emanat le/
uioꝛ ⁊ limpidioꝛ eſt ventrem ⁊ vrinam ꝓcurat.

R ¶ Aqua q̄ de paludib⁹ argilosis emanat ꝗuioꝛ
ē aq̄ cocta Salutē coꝛpꝰ opaťs ꝛ multū medeť
Et q꞉ in oīb⁹ infirmitatib⁹ aq̄ est necessaria.
Inter oēs aq̄s pluuialis optima est. et leuis et
dulcis ꝛ facilime digeriť. cito eñ calefit. et cito
S infrigidať. ¶ De fontanis aq̄ eligiť illa que ad
solis oꝛtū tendit ꝛ meridiē. ꝛ de mōtib⁹ caluis
exit. Hec eñ ꝓpinq̄t pluuiali. que ꝟo ꝯtra occi
dentē currūt ꝛ septentrionē pessime sunt. aque
petrā in vesica ꝛ renib⁹ curant. ꝛ mulierē sterilē
faciūt: ꝛ coꝛpi toꝛpoꝛē ꝛ rigoꝛē nimiū. mēstrua
stringunt inbibentes egritudini sudoꝛeꝫ pro‐
rumpere vel fluxum ventris vel nauseam.
T ¶ Dyas. ca. de aq̄ marina ſm trāslatōeꝫ grecā.
Aqua marina ꝟtutē hꝫ viscidā ꝛ termāticā et
cacostomaticū ventrē turbat. flegma deponit.
V ¶ Colera ꝟo facta ꝛ somēto adhibita apostema
mata de alto educit. duricies spargit. oīb⁹ dyaſ
foꝛesim pſtat. neruoꝝ causas cōponit. tumoꝛē
X māmarū cōpescit. ¶ Inueniť etiā aqua sulphu
rea aluminosa ꝛ ferrea q̄ habet virtuteꝫ earum
a quibus recipiunt denominationes.

# Operationes.

¶ Plagelle in succo eius ꝛ aceto vel agresti in‐ A
tincte valent ꝯ calefactionē epatis epytimate.
¶ Cōtra doloꝛē in calida causa in ꝑncipio va‐ B
let ipa herba trita ꝛ supposita. ¶ Contra apata C
calida valet ad materiei repcussionē: licꝫ post‐
modū obsit ꝯstipādo materiā. ¶ Cōtra ignis D
vel aque vsturas. fit vnguentū ex succo eius ꝛ
oleo roseo ac cera. ¶ Cōtra fluxū sanguis e na‐ E
rib⁹ qḋ fit ex ebulitione sanguinis in epate ac
venis in iuuenib⁹. ꝛ in estate plagella in succo
eius ac aqua rosaꝝ intingiť ac fronti ac tim‐
poꝛib⁹ ꝛ gutturi supponiť. ¶ Actoꝛ. Est autem F
barba iouis species minoꝛ acidule. ¶ Macer G
Adiuuat audit⁹ mire pellitqꝫ doloꝛeꝫ. Altera
ꝟo minoꝛ spēs est isti⁹ herbe: quā semp viuam
dicūt. qm̄ viret oīm tpe. Barba iouis vulgari
moꝛe vocať. Esse refert ꝑdicte sileꝫ Plini⁹ istā:
nec min⁹ hanc ꝑdictis posse iuuare ꝛc̄.



## Capitulum. lvij.

Barba Jouis. ysi. li. et h y. Barba iouis
ipa est semp viua. Sed barba iouis et
sticados citrinū idē est. Unde q̄daꝫ ait.
Barba iouis sticados sed semper viua iouis
barba. ¶ Plateari⁹. Barba iouis fri. in. iij. g.
sic. in. ij. Et dr̄ semp viua: quia semp viridis re
periť. Ita qꝫ viridis multe efficacie est. Et in
medicinis poni debet: exsiccata vero nō. Uir‐
tutem habet infrigidandi ꝛ alterandi.



## Capitulum. lviij.

Barba siluana est planta go aquatica.
q̄ iuxta aquas nasciť. cuius folia sunt
oblonga in acutum tendentia erecta
sup aquam similis folijs plantaginis: nisi quia
nō sūt ei coste a pparētes sicut plantagini.

## Operationes.

A ¶Uñ in dinamidijs ſcribit Galie.ca.de curis
B genitaliū valere ad impregnādū. ¶Et idē dicit
eodē li.de epilētia. ꝙ barba ſiluana eſt centū-
neruia aq̄tica. et ponit̄ ſiliter barbaſiluana in
antidotario galieni minori. in q̄dā medicamie
qđ incipit medicamē ad ꝯcipiendum.



## Capitulum.lix.

Balauſtia eſt flos maligranati caduc⁹
quē Dyaſ. vocat quitinū ca. ꝺ maloḡ-
nato fri. ē ꝛ ſic. in. ij. ḡdu. Sera.li. ag-
gre.ca. lulinar. i. balauſtia. ꝛ ē flos maligńati.
ꝛ ex maliſgranatꝭ q̄dā ſunt domeſtica: q̄dā ſil
ueſtria. ſꝫ flos ſilueſtrꝭ dꝛ balauſtia. q̄ꝝ q̄dam
inuenit̄ alba. q̄dā purpurea. ꝛ q̄dam roſacea.
Aui.li.ij.ca.de Balauſtia. Balauſtia flos eſt
granati ſilueſtrꝭ pſici aut egiptij. Et ipa q̄dem
q̄nq̄ȝ eſt rubea. q̄nq̄ȝ alba. ꝛ q̄nq̄ȝ roſea. Et ſuc-
ci ei⁹ natura eſt ſic ſucci barbe hircine. frigida
eſt in fine ꝑmi grad⁹. ſicca in ſcđo. Gal.vi.ſim.
far.ca. balauſtiū. Balauſtiū eſt flos maligra-
nati ſilueſtris. q̄lis domeſtico vicin⁹ vehemen-
ter aūt ſtipticat guſtū. necnō deſiccatiue ꝛ ſtip
tice ꝟtutis eſt. palā q̄ꝫ ꝙ eſt groſſaꝝ partiū ſi re-
colam⁹ dicta in q̄rto boꝝ monumentoꝝ. cum
oſtēdebam⁹ oē ſtipticū terreſtre eſſe ꝛ frigidū
Nulli⁹ āt alteri⁹ ſaporis hꝫ indiciū. Et ido po-
net vtiq̄ȝ h̄ aliq̄s ſiccare ꝛ infrigidare nō debi-
liter. ſiq̄dem nō male oſtēdebat̄ a nob in q̄rto
boꝝ monumētoꝝ ineſſe ſtipticitatē terreſtribꝫ
ꝛ frigidis corpibꝫ. deinde ꝛ apparētia teſtāt̄ur.
Etem ſi paratritionibꝫ ꝛ alijs vlceribꝫ id appo
nas citi⁹ quidem videbis ad cicatricē ꝓcedere.
Hinc eſt eñ ꝙ in eminētibꝫ ſanguinē ꝛ diſſin-
terijs adhuc in fluxibꝫ q̄ in ventre ꝛ matrice nō
eſt aliq̄s medicoꝝ ſcribentiū curatiuum nego
cium cui nō vtatur hoc farmaco.

## Operationes

¶Sera. Balauſtia incarnat ꝛ ſtringit ꝛ curat A
tenaſmonē. et ꝯſolidat vlcera inteſtinoꝝ. ꝛ con
fert ſputo ſanguinis ꝛ fluxui inteſtinoꝝ. ꝛ con
fert ad oīa ad q̄ ꝯfert ypoq̄ſtidos. ¶Auicē. B
Balauſtia eſt ꝯglutinatiua ꝛ retinet oēȝ fluxū
ſanguis ꝛ generat melācoliā. ¶Et ē bona gin- C
giue ſanguinolēte. ꝛ ꝯſolidat plagas ꝛ vlcera
antiq̄. ꝛ albocoꝛ. ꝛ ꝑcuſſionē puluerizata deſu
per. ¶Et firmos efficit dētes motos. ꝛ ꝓhibet D
fluxū ſanguinis. ꝛ ſtringit fluxū inteſtinoꝝ. et
fluxum matricis ſanguineꝫ. Loco eius ponit̄
cortex glandinis. ꝛ caput granati.



## Capitulum. lx.

Balſamus. Dyaſcorides. ca. de balſamo. Balſamus arbor eſt ſimilis licij. ⁊ in eodē ſtatu. aut piracācon. folia habet ſimilia rute. ſed paulo albiora. non ſemper viridia exiſtentia. Flores non caducos habens. Naſcitur ſolum in India curtibus vel locis humidis. Eſt enī arbor tenera ⁊ aſpera oblonga. ſtipitem habens ſimilem viti. Arbor dicitur balſamus: lignū xilobalſamū. ſemē carpobalſamū. lac ſ[ec]ūdo vel ſucc[us] balſamum. Hic vero fructus optimus eſt. qui eſt recens atq[ue] vehemens odore ſincerus ſerenus. leuis mordens atq[ue] mediocriter linguā redarguens. Adulteratur autem ciprino oleo aut lentiſcino. aut balſamino ſiue mirtino vel melle mixto. quod leuiter probatur. quia aqua in qua dum miſſum fuerit oleū ſupernatans balſamum fundum petens eſt balſamum purum. veſtem non maculat ſuper aſperū. cuius tanta vis eſſe dicitur: vt ſi ſol incanduerit in manu teneri non poſſit. preterea arbor nimis eſt calida ⁊ ſicca extenuans. ſuccus autē ſubtilior eſt virtutis. Opobalſamū quod appellatur lachrimū eſt arboris q̄ eo ſimilis malogranato vel licio ramoſa. ramis tenuib[us] ⁊ exalbidis. in India tantūmodo creſcit. Aliqui tñ dicūt ⁊ in India naſci: fructū habet q̄ſi obrotundū ꝯtra mediū q̄ ventroſum ad capita vtraq[ue] deductū rubicundū. valde grauē ⁊ plenū. et ſi frangit[ur] ſimile melli eſt. Et ſi maſticat[ur] ſimile ē piperi mordens ⁊ ſuauiter redolens. qđ carpobalſamū d[icitu]r. Huius autē arboris lachrimum colligitur dieb[us] canicularib[us]. ſm alios ſ[ecūd]o tempore autumno. Incidit[ur] autem truncus huius arboris ꝑ loca ⁊ ramuli ipſius. Et ſic ſupponūtur vaſa (vt preſens figura arboris oſtendit) que lacrimum fluens recipiat. Cuius eſt optimū recens ſincerum ⁊ exalbidum ⁊ odore acutum. leniter linguā ſubmordens. ſequens eſt colore ſubruſum. et quaſi glutinoſum. tertium eſt tenuium partium valde ⁊ ꝑlucidum. Omne autem balſamum quod vetuſtatem recipit fit rubeum ⁊ reſinatum ⁊ ſiccum. Quod aūt optimum eſt ſincerum eſt: quodq[ue] in aqua mūda ſtillatum non protinus diffunditur. ſed mag[is] deſidet. ⁊ poſtmodum totam aquam albidam facit. ⁊ lacti admixtum. illud in caſeum ſtringit vt coagulum. quod enim ſincerum non eſt in ſummo aque diffunditur ⁊ ſupernatat. ⁊ vt oleum quaſi ſtillam oſtendit. Sciendum ꝙ balſamus dicitur arbor balſami. Balſamum vero dicitur oleum vel gummi. qđ meli[us] eſt dicere. Nam nō eſt oleo vere qđ ꝓbatur multis exemplis. Primo eo ꝙ videmus adherere labijs vulnerum. Et facile de panno eo infecto lauatur. Similiter Dyaſcorides dicit ꝙ in aq̄ iniectum petit fundum: poſtmodum diſſoluitur. et totam aquam albam facit. ⁊ propterea vocat ipſum lacrimum. Item lignum eius vocatur xilobalſamum. et fructus vocatur carpobalſamum. Multis modis ſophiſticatur. Quidam vendunt terpentinam pro opobalſamo. quidam admiſcent parum balſami terpentine. et ita habet odorem balſami. Alij accipiunt ſuccum lemoncelli vel foliorum citri. et admiſcent terpentine. et addito croco oriētali calefacit ⁊ deſiccat in tertio gradu.

## Operationes

Opobalſami. ʒ. i. datus cum vino ſuperfluitates matricis mūdificat. fetum mortuū educit. ⁊ menſtrua ꝓuocat. bombace intincta ⁊ ſuppoſita ꝯuenit. ⁊ diſſurriam ⁊ ſtranguiriam. ⁊ lapidem veſice. ſi etiam fuerit opilatio ex frigido humore. detur cū vino vel virga ꝑus made facta ex aqua calida erecta inflata iniciat[ur] cum oleo muſtellino vel nardino. A

¶ Contra omnes paſſiones capitis venientes ex frigiditate detur cum appropriato aliquo paſſioni conueniente. B

¶ Contra quartanam ⁊ cottidianā facta ꝑus purgatione detur cum vino. C

¶ Contra tinnitū auriū ex humiditate parum inſtillet[ur]. Cōtra dolorē dentiū ex parte dolenti aliquantulum in aurem diſtillet[ur]. D

¶ Corpora mortuoꝝ incorrupta ꝯſeruat. quia quantū diſſoluit tantūm cōſumit. E

¶ Sera. auc. Bal. Opium balſami eſt bonū et ſubſtantia eius eſt ſubtilis. ⁊ virtus eius eſt que calefacit et deſiccat in ſecundo grado. Balſamum quoq[ue] eſt ſubtilioris virtutis q̄ arbor. granum vero eius eſt majoris ſubtilitatis q̄ oleum. F

¶ Idem auc. Dyaſco. Virt[us] balſami eſt q̄ abſtergit tenebroſitatē viſus. ⁊ aufert frigiditatē matricis. qñ fit naſcale cum eo cum cera ⁊ oleo ⁊ expellit ſecundinā ⁊ fetum. ⁊ qñ fit inunctio cum eo prohibet rigorem. ⁊ mundificat vlcera ſordida. Et quando bibitur prouocat vrinam. et eſt bonum aſmati. G

¶ Auicē. Balſamū aperit opilatōes ⁊ ꝯuenit vlcerib[us] groſſis. mūdificat vlcera. ⁊ ꝓprie cum yreos. ⁊ extrahit fracturas oſſium H

¶ Confert ſciatice bibitum. et bibitur eius decoctio propter ſpaſmum. confert viſceribus capitis. et mundificat caput ipſum. et conuenit epilentie et vertigini. I

¶ Abſtergit pan- K

nũ ipm ꝛ ei⁹ oleũ. lignũ ei⁹. ꝛ ipſi⁹ ſemẽ: ꝯferũt doloꝛi vtroꝛũq; laterũ ꝛ ſtricture anhelitus.
L ¶ Et doloꝛi pulmonis. ꝛ ꝯuenit ſemẽ ei⁹ peri-pleumonie frigide ꝛ tuſſi ꝛ ſiliter ipm oleum.



## Capitulum. lxi.

B b Alſamita. i. ſiſimbriũ. Sed ſiſimbriũ vocat̃ menta aq̃tica. ꝛ alio noĩe vocat̃ balſamita. Dyaſco. ca. de ſiſimbrio ſꝫm trãſlationẽ grecã ſiſimbrion dꝛ cardaminon eo ꝙ cardamo agreſti folia hꝫ ſimilia cũ folia ei⁹ rotunda naſcant̃ ſicut folia cardami agreſtis cum creuerint ſcindunt ſe ſicut eruca. Virtus eſt ei ca. diuretica. Paulus capi. de balſamita ca. eſt ꝛ ſic. in. iij. gradu. Aliud eſt domeſticum aliud ſilueſtre. ſed domeſticuꝫ nobis eſt in vſu quod oĩbꝫ eſt notum virtutem habet diureticam diſſoluendi et ꝯſumendi.

## Operationes.

A ¶ Balſamitã crudũ ꝛ coctũ lentigines vultibꝫ tollit. ꝛ maculas emendat ſi vna nocte impo-ſitum fuerit ꝛ alia die locus abluatur aque.
B ¶ Cõtra vicium pectoꝛis ficũ pultes ex farina oꝛdei ꝛ aq̃ appoſito puluere ei⁹ ꝛ dent̃ patienti
C ¶ Cõtra frigidũ reuma folia ei⁹ in teſta calefa-cta ſine liquoꝛe ꝛ in ſacculo poſita capiti ſuper ponatur. valet vinũ decoctionis eius ꝯtra doloꝛem ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ ex frigida cauſa.
D ¶ Et opilationem epatis et ſplenis. et vrinalium viarum. herba ipã decocta in vino et cataplaſmata. ſoluit etiã ſtranguiriã et diſſurriã.
E ¶ Valet etiam contra yliacũ doloꝛem. Et contra doloꝛem factum ex ventoſitate. menſtru educit. conceptum iuuat. matricem mũdificat: fomentatio ſi fiat ex eo.
F ¶ Teneroſitates eius in oleo muſtellino vel ſaltem cõmuni decocte et ſuperpoſite ideꝫ operantur.



## Capitulum. lxij.

B b Aſilicon gariofilatum. Ozimum ideꝫ ſiue vnũ ſignificant. Ozimum quoddam eſt gariofilatum. quoddã eſt cõ-mune. et quoddam eſt latũm plũs aliĩs: quod citrarium vocatur. Ozimum gariofilatuꝫ eſt illud quod ab autoꝛibus laudatur. Ozimum citrarium eſt quod vituperatur ab omnibus. Eſt enĩ ozimũ gariofilatum cõpetens medici-ne ꝛ herbe ꝛ ſemen. Cum auteꝫ ſimpliciter ponitur in medicina ſemen debet intelligi. ꝛ po-tiſſime in electuariĩs. Sed in vngẽtis ꝛ in emplaſtris herba intelligit̃ eſt ca. et ſic. Et ſemen habet virtutem conſtringẽdi ꝛ conglutinãdi. quod patet ex eo. quia ſi ponatur in aqua ſta-tim ingroſſatur ꝛ fit quedam cõglutinoſitas. herba ipa ex aromaticitate habet virtutem con

fortandi ex q̄litatib⁹ ſuis diſſolvēdi cōſumēdi ⁊ abſtergēdi ⁊ mūdificādi. ¶ Sera. lib. aggre. ca. berengemiſcb. eſt baſilicon ſiue ozimū gariofilatū. et folia ei⁹ ſunt pua q̄z color eſt medi⁹ inter roborē ⁊ glaucedinē. Cui⁹ herbe eſt odor ſilis gariofilorꝫ ⁊ ſtipes ei⁹ eſt quadrangulatus cui⁹ color eſt ſic color foliorꝫ ipi⁹ ⁊ ſemē ē minutū nigrū. ⁊ colligit̄ in menſe Julij. Et eſt ca. et ſic. i fine ſcōi grad⁹. ¶ Dyaſ. ca. ozimū. Ozimū cui⁹ ꝟtutꝫ ſit penit⁹ inter medicos opīo eſt incerta. Nam q̄ autore criſipo criminat̄. Hi ei⁹ vicia percenſent ꝙ ſit ſtomacho inutilis ꝙ oculos ebetat ꝙ inſaniā facit. iecori obſiſtat Addunt preterea ſi tritum lapide contegatur ſcorpiōes gigni cōmanducatū. ⁊ in ſole poſitum vermes creare pediculos enutrire. Afri. etiam putāt hoc eſſe pſuaſum ꝙ ſi opus eo die quo ozimum ſumpſerit a ſcorpio ne feriatur non poſſe ſaluari. ſed qui in diuerſa ⁊ vera opinione ſunt. hec oīa falſa aſſeuerant. q̄nimo ſtomacho ꝓdeſt. eo ꝙ inflationes ei⁹ diſſoluit. ⁊ facit alia iuuamenta q̄ ſm ipm inferius dicentur.

## Operationes.

A ¶ Contra ſincopim ⁊ cardiacā paſſionē detur
B aqua roſarꝫ decoctiōis herbe ipi⁹. ¶ Ad idem valꝫ vinū decoctōis in quo herba ipa ſtetit per noctem. Ipa herba valet ꝯtra frigiditatem ſtomachi h̄ modo. decoquat̄ in multa q̄ntitate in vino. ſꝫ melı⁹ eſt in muſto. ⁊ poſt decoctionē addat̄ vinū albū in multa q̄ntitate. tale vinuꝫ eſt ꝯfortatiuū multū ⁊ aromaticū. ⁊ valet contra predicta. ⁊ ꝯtra indigeſtionem ex frigiditate.

C ¶ Uinū etiam decoctionis ipſi⁹ herbe ꝯfortat digeſtionē. ꝯtra fluxum ventris ex frigiditate. Semen ozimi cum modico puluere accatie decoquatur in aqua pluuiali ⁊ detur patienti.

D ¶ Ad matricem mundificandā. ⁊ menſtrua ꝓuocanda fiat decoctio ei⁹ in aqua ⁊ fiat fomentū ⁊ ſuppoſitorꝫ ex teneritate ipi⁹ herbe Succ⁹ ipi⁹ herbe puluerizat⁹ matricem mundificat. conceptum adiuuat. et menſtrua prouocat.

E ¶ Herba ipſa decocta in vino ⁊ oleo ⁊ natib⁹ ⁊ anchis cataplaſmata valet ꝯtra tenaſmonem

F ¶ Galien⁹ in libro de cibis. capitulo de ozimo. Ozimū ſcꝫ non gariofilatum peſſimi quidem chimi eſt. et propter hoc infamant quidaꝫ ipm dicentes. ſi tritum immitatur olle vacue celerrime generat in paucis diebus ſcorpiōes. ⁊ maxime quando in ſole quis quolibet die calefecerit ollam. ſed hoc quidem cacochimum eſt. ⁊ malum ſtomacho et indigeſtibile. Olus vero ita dicemus ipm eſt calidum in ſecundo gradu. Et habet humiditatem non naturalem.

¶ Et idem octauo ſimplicium farmacarꝫ caplo penultimo. Baſilicon nō gariofilatuꝫ ex ſcōo eſt gradu calefacientiū. habet aūt caliditatē ſuperfluā. vn̄ nec vtile intra corp⁹ aſſumptuꝫ: cathaplaſmatū ꝟo exteri⁹ vtile ad conſumendum G

¶ Almanſor tractatu tertio capitulo. Albetharogi qđ exponitur ozimum ſiue baſilicon non gariofilatum cali. eſt qđ ⁊ dolorē efficit capitis ⁊ male nutrit. cui⁹ comeſtio vtentis viſum turbat quando eo multo vtitur. Sperma quoqꝫ aut lac deſiccat. ozi tamen ſtomachi confert corroborat enim ipſum atqꝫ cordi auxiliatur. H

perata ⁊ humectat. ſed vet⁹ ex eo calidi⁹ eſt ⁊
magis reſolutiuū. ſed illud qđ accipit̃ ex oli/
uis recentib⁹ immatur̄ dicit̃ oleū expenſarū.
⁊ eſt oleum onſancinū. Et in nouo aliq̄ exiſtit
ex eo de frigiditate quātitas que eſt in eo de
ſtipticitate. Et vetus ex eo dum in ipſo pſe/
uerat ſtipticitas eſt virtutis deſiccatiue: do/
nec ſtipticitas recedat ab eo. q᷑ tūc fit ſimile
qđ oleo accipit̃ ab oliuis in ſūmitatib⁹. ſimi
le ē ⁊ ꝓpinquū ī ꝟtute oleo expenſaꝝ. ⁊ vniuer
ſaliter pone cōſiderationē tuam in om̄i oleo
quod guſtabis. q᷑ eadē quātitas quā in eo in
uenies de ſtipticitate eſt ibi de frigiditate. et
ſi nō inuenies in eo ſtipticitatē oīno: ſed inue
nies ip̄m delectabile vere delectationis dic
ip̄m calidum cū temperamēto. ⁊ ſi tu inueni/
es cū hoc ip̄m ſubtile. ⁊ illud qđ eſt clar᷑ ⁊ de
quo ſi accipias paꝝ: ⁊ ponis ip̄m ſupra mem

brū. vel corpus extēdit̃ ſupra corp⁹ ⁊ dilatat
multū abſq᷒ eo qđ imbibit̃ in eo ⁊ abſcindit̃.
ſcias q̄ illud eſt bonū valde. ⁊ bonitas q̄ con
uenit oleo eſt in ip̄o. ⁊ quando abluitur oleū
non mordicat.

## Operationes

Auicen. Oleum qn̄q᷒ exp̄mit̃ ex oliuis im A
maturis. ⁊ dicit̃ onfancinū qn̄q᷒ ex maturis:
qn̄q᷒ ex rubeis inter illas medijs. Et huius
operatio eſt inter illas duas res. Item qn̄q᷒
exprimitur ex oliuis domeſticis: qn̄q᷒ ex ſil
ueſtribus que mordicant linguam.

Onfancinū frigidū eſt et ſiccum in primo. B
Oleum autē de oliuis vltimo matur̄ calidū
eſt cōmenſurate: ⁊ declinat ad humiditatem.
Omnes autem eius ſpecies corpora confor
tant. Motum alleuiant extinctiue ſunt.

Oleum oliuarum ſilueſtrium eſt ſicut oleū C
roſarum in plurimis intentionibus. Conſer
uat capillos: ⁊ prohibet velocitatem caniciei
cum amminiſtratur omni die.

Cōfert gingiue ſanguinee calluēdo os ex D
eo. Confirmatq᷒ dentes motos. Itē expreſ/
ſum de oliuis ſilueſtrib⁹ immaturis confert
vlceribus humidis ⁊ ſiccis ⁊ ſcabiei.

Dyaſcorides. Oleum qđ fit ex oliuis nō E
bene maturis eſt oleū expenſarū. ⁊ eſt conue
niens ſanis. ⁊ propter illud quod eſt nouū ex
eis ſine putrefactione boni odoris. et ex illo
qđ eſt huiuſmodi fiunt olea aromatica. ⁊ eſt
bonū ſtomacho ꝓpter ſtipticitatē que eſt in
eo. ⁊ reſtringit gingiuas ⁊ confortat dentes
quando tenetur in ore: ⁊ ꝓhibet ſudorem.

Et oleum vetus oliuarum maturarū cōue F
nit in medicinis. et om̄es ſpecies olei ſunt le
nientes corpus. ⁊ ꝓhibent aduentum frigor̄
corpori: ⁊ faciunt ip̄m abilem ad motū ⁊ mol
liunt ventrem. ⁊ debilitant virtutem medici/
narum vulnerantium.

Et datur in potu contra medicinas morti G
feras vt euomatur cum eis. ⁊ fit cum hoc aſ/
ſidue quando bibuntur ex eo. Ʒ. ix. cum tan/
tundem aque ordei vel aque calide laxāt ven
trem. et quando decoquuntur cum ruta ⁊ bi
buntur ex eo calido. Ʒ. ix. cōfert torſiōi ven
tris ⁊ expellit lumbricos.

Et qn̄ fit cū eo criſtere ꝯfert colice q̄ fit ab H
apoſtemate interiori: ⁊ opilatiōe q̄ fit a ſter
core duro. ⁊ antiquū ex eo eſt calidius. et pl⁹
reſolutiuū. ⁊ fit cum eo cohol ad acuendum
viſu. ⁊ ſi non habes ⁊ neceſſario indiges eo:
coque ip̄m donec fiat ſicut mel ⁊ vtere. ⁊ vir
tus eius eſt ſicut virtus veteris.

Et oleum oliuarū ſilueſtriū eſt ſtipticū. iu/ I

uamentũ eiꝰ eſt ĩ medicina miuꝰ iuuamẽto
ſupradicti olei.⁊ iuuamẽtũ eiꝰ eſt ſic iuuamẽ
tũ olei roſaꝝ.⁊ ſtringit ſudorẽ ⁊ ꝓhibet caſuꝫ
piloꝝ:⁊ purgat furfures capitꝭ:⁊ ꝯfert ſcabi-
ei ⁊ porꝭ. ⁊ ꝓhibꝫ canos qñ ex eo fit collutio
oris valet ad apoſtemata gingiuaꝝ.⁊ cõfert
K dentib cõmotis.¶ Et iam ꝑparanꝭ ex ea epi
thimata ad gingiuas qñ humores currũt ad
eas.⁊ oportet ꝙ accipiaꝭ lana ⁊ inuoluaꝭ ſu-
pra ſtilum ⁊ madefiat in oleo feruenti ⁊ pona
tur ſuꝑ gingiuas ſepe donec albeſcant.



## ¶ Capitulum.cccxxij.

O Libanum grece ⁊ latine vel thus.a-
rabice Ronder. Sera.lib.aggre.ca.
Ronder auctori. Dyaſ. Eſt gũmi ex
canchi ſiue Karech. Et ſunt eiꝰ ſpecies q̃ttu
or. Una eſt melior:⁊ ẽ ex terra indie.cuiꝰ co-
lor ẽ ſmaragdinꝰ: ⁊ ſicut color melõgie. ⁊ col
ligiꝭ in cochijs.⁊ figura eius eſt rotũda.⁊ fra
ctura eiꝰ eſt anguloſa.⁊ ponũt illud hoĩes in
olla terrea.⁊ agitant ollã tãdiu donec figura
eius rotundaꝭ. Et poſt tempꝰ fit rubeũ. ⁊ ſe-
cundũ eſt ex terris arabũ.⁊ eſt ſecundũ in bo
nitate.⁊ meliꝰ ex eo eſt maſculũ.⁊ eſt illud qꝺ
eſt rotundũ album.⁊ nõ facile frangibile. Et
qñ frangiꝭ qꝺ eſt interiꝰ eius eſt tenax. et qñ
fit fumigatio cũ eo cõburitur cito.⁊ tertium
eſt in bonitate ſicut arabicũ.et eſt hñs fruſta
minora q̃ ipm:⁊ declinat plus ad colorẽ aco
ri. Et quartũ eſt de colore albo. et qñ frangiꝭ
vergit color eius ad calorẽ maſticis. Idẽ au-
cto. Galieni. Sapor olibani eſt ſtipticus ſti
pticitate multa. Verũ albũ ex eo nõ habꝫ ſti
pticitatẽ manifeſtã. Uirtus eius eſt q̃ calefa
cit in ſcꝺo gra.et deſiccat in ꝓmo. vñ eſt ſti-
pticũ. Dyaſcorides ca.de olibano. Thus vł
olibanũ lacrimus eſt arboris q̃ grece libanꝰ
diciꝭ. Qꝺ aũt de arabia deferꝭ candiduꝫ eſt.
qꝺ vero de india rufum.ſed vtrũqꝫ maſculuꝫ
eſt. Eſt tertiũ genꝰ minutũ valde ⁊ rufum qꝺ
mãna thuris dꝛ. Eſt ergo optimũ thus quod
maſculũ dꝛ.ſubrufum ⁊ rotundũ et pingue et
naturaliter leue ⁊ fragile.⁊ qꝺ ab igne cito in
cendiꝭ odorẽ ſuauẽ copioſe emittens. Galie
nus.vij.ſim.far.ca.de thure. Libanũ.i.thus
calefactiuũ quidẽ eſt in ſecũdo gra.ſiccatiuũ
aũt in ꝓmo. Habet aũt q̃d ſtipticans paucũ.
minime vero manifeſta eſt ſtipticitas in albo
ſꝫm colorẽ. Cortex aũt eiꝰ ſtipticã virtutẽ ma
nifeſtaꝫ poſſidet.quocirca ſiccat generoſe:vt
in ſcꝺo gradu ſiccatiuum exiſtat.

## ¶ Operationes

¶ Sera.auctori. Dyaſco. Abſtergit obſcuri A
tatẽ viſus.replet vlcera profunda ⁊ incarnat
ea.⁊ ꝯſolidat vlcera recentia cũ ſuo ſanguine
¶ Et qñ bibiꝭ olibanũ ꝯfert ſputo ſanguinis B
⁊ abſcindit fluxũ menſtruoruꝫ et cuiuſcunqꝫ
ſanguinis vndecũqꝫ fluat:⁊ ſanguinis q̇ flu-
it a cerebro qui dꝛ meſcha:⁊ eſt ſpecies fluxꝰ
ſanguinis nariũ.⁊ ꝓhibet vlcera fraudulẽta
q̃ fiunt in ano ⁊ in alijs mẽbris. Qñ miſcetur
cũ lacte ⁊ fit inde licinium ⁊ adminiſtraꝭ.
¶ Et qñ admiſceiur aceto ⁊ oleo.⁊ fit linimẽ C
tum in principio formice. aufert eã.⁊ empeti
ginem.⁊ miſcetur cum adipe anſeris et porci
⁊ curat vlcera fracta ab aduſtiõe ignis.⁊ ſciſ
ſuras pedum que fiunt a frigore.
¶ Et qñ miſcetur cũ pice curat cõcuſſionem D
aurium. Et qñ miſcetur cũ vino dulci ⁊ diſtil
latur in aurem:confert dolori eius.
¶ Et quãdo admiſcetur cũ chimolea:et oleo E
roſarum.et liniuntur cum eo apoſtemata ca-
lida mãmillarum que fiunt poſt partum.tũc
confert eis.et ipm admiſcetur cũ medicinis
conferentibus pulmoni et emplaſtris reſol-
uentibus apoſtemata interiora.
¶ Et qñ bibiꝭ ꝯfert ſputo ſanguiñs:⁊ diſſolui F
tur flegma ⁊ aufert triſticiã:⁊ auget mẽoriã.
Et quãdo bibunt de eo ſani parum meliorat

eos.ſed ſi nimis cū vino biberint inducit ma
niam.⁊ amplius cū vino occidit. Et cōburi-
tur olibanū quando accipitur fruſtum ex eo.
⁊ incenditur ⁊ inflāmatur.et ponitur in teſta
ſubtili ⁊ cōburitur.⁊ quando comburis eum
oportet vt cooperias eum aliquo alio vaſe.
quia facit cum hoc ꝙ non incineratur.
H ¶ Serapion auctoritate Galieni. Virt⁹ fu-
mi olibani eſt calidior ⁊ ſiccior virtute oliba-
ni quouſqꝫ reponatur ī tertio gradu.⁊ abſter-
git ⁊ replet:⁊ mūdificat vlcera oculi.queād-
modum faciūt fumus myrre ⁊ ſtoracis.
D ¶ Et idem aucto. Dyaſcō. Fum⁹ olibani ſe-
dat apoſtemata oculi.⁊ abſcindit curſuꝫ hu-
miditatū ad ipm.⁊ mūdificat vlcera ei⁹:⁊ ge
nerat carnē in vlcerib⁹ ipſius q̄ dicunt chilo
mata:⁊ ſedat apoſtemata que fiunt in eo/que
dicuntur kankri. Fumus autē myrre ⁊ ſtora-
cis eodē modo colligit.⁊ valet vt ſupra.
I ¶ Et idem auctoritate Aben meſuay. Oliba
num deſtruit flegma ⁊ aufert triſticiam: ⁊ au
get memoriam. Auicenna de viribus cordis
dicit ꝙ confortat cor.



## Capitulum.cccxxiij.

Opopanax latine.ſꝫ grece panax.era
clea. Arabice Jenſis vel Henſir. Iſi
dorus li.etymologiaꝝ. Panax ē her
ba fragrantis odoris tyrſo ferule ſimilis:ex
qua ꝓfluit ſuccus q̄ oppopanacis dicit:cro-
ceus ⁊ pinguis:odore grauis et amariſſim⁹.
¶ Dyaſc. Eſt panax eraclea vnde opopanax
colligit. Hec habet folia expanſa ſup terrā:
horribilia ⁊ aſpera valde in q̄nqꝫ ꝑtes diuiſa.
virgam longā ſicut ferule coloris albi.et ſup
eam capitella aneto ſimilia cū flore mellino.
Semen odoratū ⁊ calidū.radicē vnā ſolidā
que de ſe multas emittit radices albas odo-
re graues ⁊ guſtu amaras. Ipaqꝫ radix lacri
mū emittit qui colorē croceū oſtendit. ¶ Se
rapio libro aggre.ca. Henſir.aucto. Dyaſco.
Arbor Jenſis vel henſir: id eſt opopanacis
planta in hortis ⁊ pomerijs inuenit.⁊ ē plan-
ta habens folia aſpera ſicut ficus nō magna
⁊ ſpanſa ſup terram viridia rotunda:⁊ diuiſa
in q̄nqꝫ ꝑtes.ſilia folijs fic⁹ ī ſua ſilitudine.⁊
ſtipes ei⁹ eſt long⁹ ſilis ſtipiti galbani. alb⁹
ſuper quem ſunt pili albi ſimiles pulueri al-
bo.in cuius circūitu ſūt folia parua.⁊ in ſū-
mitate eius ſunt capitella ſimilia capitellis
aneti.in quib⁹ ſunt flores croceum colorē ha
bentes:⁊ habētes odorē bonū.⁊ habꝫ ſemen
odoriferū.⁊ habet radices multas egredien-
tes ab vna radice.grauis odoris. ſolida ſup
quā eſt cortex groſſus amari ſaporis. Qđ au
tē ex ſemine hu⁹ plante eſt meli⁹:eſt illud qđ
eſt ſup ſtipitem. ¶ Auicē.li.ij.ca.de opopana
co. Opopanacū eſt arbor que nō eleuat a ter
ra.⁊ ſimilātur ipſius/folia folijs ficus. ⁊ ſunt
vehemētis viriditatis rubea inciſa. habētia
partes rotundas.⁊ eius crus eſt ſicut cucu-
meris.ſup qđ ſunt pili puluerulenti. Et eius
folia ſunt parua valde.ſup cui⁹ extremitateꝫ
eſt corona ſimilis corone aneti.⁊ ei⁹ flos ē ci
trinus.⁊ folia floris ſunt boni odorꝭ. et vene
ipſi⁹ ſūt ꝑlime.ramificant a radice vna.groſ-
ſum hñtes corticē.⁊ interi⁹ odoris eſt graui
tas. Eius aūt gūma extrahit cū inciſiōe ſue
radicis in primis cum crus apparet.

## Operationes

¶ Auicen. Eſt aūt reſolutiuū ventoſitatū: le A
nificatiuū:abſterſiuū.lenificat duricies ⁊ bo
thor. Eius radix eſt ad medicandū oſſa nu-
da.⁊ cū melle eſt cōueniens vlcerib⁹ antiquis
⁊ igni perſico.⁊ qđ ſup ipm eſt etiam vulneri
bus ⁊ bothor.⁊ ad ſummū omēs partes eius
confert vlceribus fraudulentis.
¶ Et bibitur cū aqua ⁊ alcaratin.⁊ cum vino B

propter ꝯtractionē lacertoꝝ ex ꝑcuſſione.
C ¶ Quidā enim dixerunt ꝙ ipm eſt malū ner-
uis.⁊ videt̃ ꝙ ſit maluꝫ neruis ſanis ſine hu-
mectatis. Et ꝯferens eſt ſciatice:⁊ remouet
laſſitudinē/⁊ ꝯuenit dolori iuncturaꝝ omni-
um.⁊ podagre more emplaſtri ſuppoſitū.
D ¶ Confert corroſioni dentium: cum eo im-
plentur:⁊ ſedat dolores eorum ⁊ cōuenit ſo-
de ⁊ epilentie:⁊ matri infantiū. Acuit viſum
⁊ fit ex eo collirium. Ex folijs eius fit empla
ſtrum ſuper dolores lateris.
E ¶ Et opopanacum conuenit dolori vtrorū-
qꝫ laterum:⁊ tuſſi cum ſint frigidi. Eius ſuc-
cus conuenit duriciei ſplenis more empla-
ſtri ſuppoſitum ⁊ bibitum cum aceto.
F ¶ Ponuntur autem ex eo decē aurei in duo-
bus vaſeolis muſti.et clarificatur poſt duos
menſes ⁊ conuenit ſpleni valde.
G ¶ Et muſtum hoc cōuenit ydropiſi.lenit du-
riciem matricis.⁊ conuenit guttationi vrine.
⁊ auellana vna ex eo bibitur cum aqua cali-
da ad prouocandum vrinam ⁊ menſtrua:⁊ iu
uat matricem frigidam.
H ¶ Et eius fructus facit abundare menſtrua:
et proprie cum abſinthio:⁊ interficit fetum:⁊
proprie radix eius. Ipſe nanqꝫ facit aborſum
ſuppoſita ⁊ bibita.
I ¶ Et cōuenit ſuffocationi matricis:⁊ extermi
nat ventoſitatem ⁊ duriciē eius.⁊ conuenit
colice.⁊ ſoluendo educit crudum humorem.
K ¶ Et ꝯuenit prurituí veſice ſi bibit̃ cum aqua
cartami ad rigorē ⁊ febreꝫ periodicas. ex eo
cū pice fit ēplaſtrū bonū morſui canis rabio
ſi cū ariſtologia ad puncturas bibita ē tiria-
ca.⁊ ſimiliter eius ſuccus.loco eius ponunt̃
ficus.⁊ extimo ꝙ armoniacū ē ei ꝓpinquū.
L ¶ Serapion auctoritate Galieni Radix ei⁹
eſt medicina que deſiccat ⁊ calefacit.⁊ in hoc
eſt melior ꝙ̄ ipm opopanax. Cortici autē ei⁹
ineſt virtus abſterſiua. Cortex ei⁹ valet con-
tra denudationem oſſium nudatorum.⁊ nos
quidem eo vtimur in medicinis oſſium denu
datorum.⁊ in medicinis vlcerum fraudulen-
torum.quia generāt iſte medicine carnes in
vlceribus generatione forti.
M ¶ Et auctoritate Dyaſcoridis. Quando da-
tur de eo in potu cū mellecrato aut vino cō-
fert rigoribus fe.periodicarū ⁊ concuſſioni-
bus neruorum ⁊ doloribꝫ laterum:⁊ tuſſi:⁊ di
ſtillationi vrine:⁊ ſcabiei veſice.
N ¶ Et idem auctoritate Aben meſuay. Con-
uenit ad ea ad que iuuat armoniacum.et do-
ſis eſt a.ȝ.F.vſqꝫ ad aureum.i.



# Capitulum.cccxxiiij.

ONomia quā multi onomidā appel-
lauerunt. Dyaſcorides ca. Ono-
mia virge ſūt duoꝝ palmoꝝ: ⁊ no
doſe.folia illi ſunt minuta ſicle nti
cule. aut rute aut anchuſe ſubaſpera ⁊ pīguia
⁊ ſpiſſa.hanc multi in ſale cōponūt et come-
dunt ſuauiſſime. virge p̄dicte ſpinas acutiſſi
mas habent.albe ſunt ⁊ virtutis calide.

## Operationes

¶ Corium radicis earum cū vino bibitū vri- A
nam ꝓuocat.lapides veſice excludit. Vulne
ribus ſordidis medicat̃. cum aceto cocta et
ore retenta dolorem dentium ꝓhibet.
¶ Galienus.viij.ſim.far.cap.ononis. Ono- B
nis radicem habet calefactiuam iam ſꝫm ter
tium gradum.
¶ Cortex vero eius maxime eſt vtilis parti- C
cipans abſterſiuitate ⁊ inciſiōe.vnde nō tan
tum eſt abſterſiua ſed lapidem fractiua.
¶ Eadem autem virtute ⁊ eſcaras cito ſiſtit. D
vtuntur autem ea ⁊ ad dentium dolorem co-
quentes in oxicrato ⁊ gargariẓantes.

# Capitulum.cccxxv.



ORiganū.Dyaſ.Origanū ē oībꝫ notū:
ꝛ ē duplex:ꝺomeſticū vicꝫ ꝛ ſilueſtre
vtrūqꝫ ca.et ſic.in.iij.gra.ſilueſtre tñ
calidꝰ ē.¶ Pla.Origanū ca.ē ꝛ ſic in.iij.gra.
Eſt oꝛiganū ſilueſtre qꝺ latioꝛa hꝫ folia ꝛ foꝛ-
tiꝰ opat̄.ꝛ ē ꝺomeſticū qꝺ vbiqꝫ repit̄ i hoꝛtꝫ:
vicꝫ ꝛ ī pratꝫ.ꝛ minuta hꝫ folia.ſuauiuſqꝫ opa
tur qꝺ ī medicis pōit̄.In tpe ꝓductōis floꝝ
colligit̄:ꝛ cū floꝛibꝫ ī vmbꝛa ſuſpēdit̄ ꝛ exicca
tur.ꝑ annū ſuat̄.Fo.cū floꝛibꝫ abiectꝫ ſtipiti
bꝫ ī medicinis ponūt̄.ꝟtutē hꝫ ꝺiſſoluēdi: at-
trahēdi:relaxādi:ꝯſumendi.Itē oꝛiganū na
ſcitur in locis cultis inter vepꝛes ꝛ frutices.

## Operationes

a ¶ Dyaſ.Origano ꝟtus ē ca.ꝛ eius elixatura
moꝛſibꝫ venenatꝫ occurrit cū vino ꝺata.bibi
b ta qꝫ cū ꝺulcoꝛe ꝓſtat effectuꝫ.¶ Cōſtā.Ori-
ganū vrinā ꝛ mēſtrua ꝓuocat.Ventoſitatē ꝛ
rugitū ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ expellit. ꝛ ma-
xime ſi ſūt ex groſſis hūoꝛibꝫ aut indigeſtis.
c ¶ Lūbꝛicos ꝛ aſcarides occidit et expellit ſi
d ex eiꝰ apozimate potet̄.¶ Maſticatū ꝺoloꝛē
ꝺentiū mitigat.ſtomachū ꝛ epar ꝛ pulmonē
ꝺe groſſis hūoꝛibꝫ mūdat.Cū ficubꝫ ſiccꝫ mā
ꝺucatū ſudoꝛē ꝓuocat.Coꝛpe ex eiꝰ apozima
e te loco ſcabiē ꝛ yctericiā ſanat.¶ Succꝰ eiꝰ
cū lacte mulierꝫ auribꝰ ꝺ iſtillatꝰ ꝺoloꝛē miti
gat.¶ Succꝰ eiꝰ bibitꝰ viridis tumoꝛē fau- F
ciū ꝛ vue tollit.bibita cū mulſa nigrā colerā
ꝑ ventrē ꝺeponit.Serpētes qꝫ fugat.ventrē
temperat.¶ Macer. Origani vires calide G
ſiccecꝫ legunt̄.Tertiꝰ huic in vtroqꝫ gradu
ꝯcedit eſſe.Illiꝰ in vino curat ꝺecoctio ſum-
pta.Quo ſuis peſtiferos moꝛſus ſi ſepe biba
tur.Cū mulſa ſumptū ꝓdeſt aconita bibenti
Cū multꝫ alijs pōt obſtare venenis.Cōquaſ
ſata iuuat manſum vel ſepiꝰ hauſtū.ydropi-
cos reprimit bibitū:ſiccatqꝫ tumoꝛem ꝛc̄.



## ¶ Capitulum.cccxxvj.

ORobus.Palladius li.ij.In menſe fe
bꝛuario vltimo ſeritur nō pabuli ſe-
candi ſed colligendi ſeminis cauſa.
Iugerū occupāt modij ſeptē.Serenda ē an
tē in terra ꝑſciſſa poſt hoꝛā tertiā vel ſecūdā.
cū ros eſſe ꝺeſierit quē ferre nō pōt:ſꝫ ſtatim
cooperiēda eſt ante noctē.Nā ſi nuda manſe
rit hūoꝛe coꝛrūpit̄ noctꝫ.Obſeruādum eſt ne
ante lunā.xxv.ſerat̄.qꝛ ſic ſatā limaces perſe
quunt̄.Iſidoꝛus li.etymologiaꝝ.Herbum a
greco traxit vocabulū.hoc eni illi oꝛobū ꝺi-
cunt.Quod cū ſit quibuſdam pecoꝛibus in-
feſtum:thauros tamen efficit pingues.
¶ Actoꝛ.Oꝛobum)vt ſuꝑius ꝺiximꝰ)ipſum

eſt herbũ ſiue heruũ. cuiꝰ naturã ſub herui cũ
aſpiratiõe vel erui ſine aſpiratiõe noĩbꝰ iã ex
magna parte ſuperiꝰ loc᷑ congruis poſuimꝰ.
nõnulli medicoꝝ nr̃oꝝ illud eē putauerũt oro
bũ qđ nos viciam dicimꝰ. Sed Iſi. hec po‑
nit p duobꝰ. ⁊ dr̃ a nõnullis ꝙ due ſpecies ſũt
q̃ſi vniꝰ gener᷑. vna vic᷑ maior q̃ orobũ vocaẗ.
alia vo minor q̃ vicia ⁊ vulgariter nececeon
appellatur.

## Operationes

A ¶ Dyaſ. Orobũ om̃e ſiue herbũ cũ pte ama‑
ritudinis eſt calidũ. Ideo ſplenẽ ac renes et
epar purgat. ſcabies ⁊ empetigines ſanat; vul
nera quoq̧ curat: cũ melle impoſitũ deſiccat
B ¶ Habundanter incidit: aperit: proijcit pa‑
C rotidas: induratoſq̧ teſticlos digerit. ¶ Iſa
ac i diet᷑ pticularibꝰ. Orobũ ē ca. in pmo g̃.
ſic. i. ij. vñ mũdificatiuũ ē ⁊ colatiuũ. mũdatũ
corticibꝰ iureq̧ de eiꝰ farina facto vẽtrẽ bu‑
D mectat. ¶ Urinã ⁊ mẽſtrua puocat. cutemq̧
clarificat. nõ tñ plimuꝫ aſuefiat: ne forte ſan‑
E guinem mingere faciat. ¶ Aliqñ p nares ſan
guinis efficit fluxũ. farina eiꝰ cocta cũ ſepo‑
tis qđ ē ſpẽs thuris ydropicis ycteriſciſq̧ va
F let. ¶ Trata vo cum vino val᷑ ſup rabidiſſi
G mi canis morſũ poſita. ¶ Rurſus cũ melle tẽ
perata lẽtiginẽ mũdificat vulneribꝰ ⁊ apãtibꝰ
H valet. ¶ Itẽ calculoſis magnũ ē iuuamẽtũ.



## Capitulum. cccxxviij.

OLus latine. arabice ſachiliemenie.
grece blicoci vel bliton. Serapion
li. aggre. cap. Sacbiliemenie ſiue ſa
chalaiamena auct. Gal. Sachiliemenie: id
eſt olus iamenũ omnibꝰ notũ. Uirtus eiꝰ eſt
frigida et humida in. ij. gra. Iſido. Olus ab
alendo dictũ eſt: eo ꝙ primũ oleribꝰ quondã
alerenẗ homies anteq̃ fruges ederent ⁊ car‑
nes. Tantũmodo eni oleribꝰ alebanẗ: et ar‑
boꝝ pomis ſicut aĩalia herbis. Dicitur olus
molle quoddã herbe ortulane genꝰ. ¶ Actor
Olus itaq̧ generaliter dr̃ omis herba preci‑
pue ortulana que in cibũ ⁊ alimentũ hoĩs aſ‑
ſumitur. ¶ Unde Iſido. Maluam ⁊ rapam:
napum ⁊ raphanũ: lactucã: paſtinacã: cepaꝫ:
allium ⁊ ſilia deputat inter olera. Nihilomi‑
nus cum appropriato vocabulo dicit olus
herba quedam ſpecialis ortulana.

## Operationes

¶ Auicē. Olus aliameni qđ eſt i ipo ſcđm Dya A
ſcoridẽ medicine virtꝰ oĩno nõ eſt. ⁊ eſt aquo‑
ſum ſicut attriplex qđ ſaporẽ nõ habet. Et in
hoc abũdat plus in oĩbꝰ oleribꝰ. Eſt eni vehe
mentioris hũiditatis q̃ lactuca ⁊ q̃ cucurbi
ta. Nutrimẽtũ eiꝰ paucũ eſt. Eius penetta‑
tio nõ eſt velox: eo ꝙ penitꝰ nitroſitate pua‑
tũ eſt. Teſte Galieno frigidũ ⁊ hũidũ ē in. ij.
¶ Ex eo fit emplaſtrũ calidis apoſtematibꝰ. B
⁊ eiꝰ radix malis vlceribꝰ. ¶ Succus eiꝰ cũ C
oleo roſeo cõfert ſoda ex aduſtione ſolis oc‑
cidenti. cõfert etiã tuſſi calide ꝓrie decoctũ
cũ oleo amigdalino ⁊ aqua dulces granati.
¶ Sera. auctoritate Dyaſ. Herba ipa come
ditur ⁊ mollit ventrẽ. ⁊ nõ eſt oĩno virtꝰ in ea D
ex rebꝰ medicinalibꝰ: ⁊ habet in ſe aqueitateꝫ
multã pluſq̃ omnia alia olera. ⁊ qñ fit empla
ſtrum cum ea ſup apoſtemata calida confert.
⁊ ſedat ſitim ⁊ tuſſim que fiunt a caliditate. ⁊
ipſum eſt pauci nutrimenti quando comedi‑
tur ⁊ ē tarde penetratiõis.
¶ Et idem aucto. Iſaac. Qñ fit emplaſtrum E
cũ radice ipſius vlceribꝰ que dicunẗ faui a q̃
bus emanat humiditas ſimilis melli.
¶ Et idem auctoritate Habix: eſt fri. ⁊ humi
dum in ſecũdo gradu. Humiditas eiꝰ eſt am F
plior q̃ humiditas lactuce ⁊ cucurbite. ⁊ ſub
ſtantia eius eſt aquoſa nõ habens in ſe groſſi
ciem. quia cito deſcendit ⁊ mollit ventrem. ⁊
ideo modice redditur nutrimentũ ex eo.
¶ Et exprimitur ſuccus folioꝝ ⁊ miſceẗ cum G
oleo roſarum. ⁊ confert dolori capitis qui ac
cidit a calore ſolis.

H ¶ Et qñ coq̃t herba ipa ⁊ ꝓijcit ſup ipam oleũ amigdalaꝝ ⁊ ſuccꝰ maloꝝ ĝnatoꝝ dulciũ ꝓfert tuſſi ſicce q̃ eſt cũ caliditate ⁊ aſperitate pectoꝛſ.
I ¶ ypocras. Clauos.i.poꝛos pedũ impoſito eo liniri ⁊ cõpͥmi credũt



## ¶ Capitulum.cccxxviij.

P Apauer latine: grece ammone vel miconiũ.ara.charchar.vel cachili vel chaſchaſi. Sera.li.ag.c. charchar.auc. Dyaſ. Papaueris multe ſũt ſpẽs. Nã ex eo eſt domeſticũ Et illud eſt papauer albũ qð ſemiat̃ in oꝛtis. cuiꝰ capita ſunt oblõga.⁊ ſemẽ eiꝰ eſt albũ. ⁊ ex eo eſt agreſte. Et ſunt eiꝰ due ſpẽs. Una ẽ hñs caput depſſum: ⁊ ſemẽ eiꝰ eſt nigꝝ.⁊ iſtð vocat̃ papauer rubeũ. Et alia hꝫ caput lõgũ.minꝰ tñ altero.⁊ noĩat̃ ſeil.⁊ ex eo eſt papauer ꝯcuſſum. eo ꝙ ſemĩa eiꝰ eo ꝯcuſſo cito cadũt.⁊ illud eſt papauer nigꝝ. Et ex eo eſt almulcaran qð naſcit̃ iuxta mare ĩ littoꝛibꝫ.⁊ illud eſt papauer coꝛnutũ: qð hꝫ folia alba ſimilia folijs plante: q̃ dicit̃ flomos.ſciſſa tñ ⁊ ſuminitates altas ſicut folia papaueris agreſtis.⁊ ſtipitẽ ſimilẽ illiꝰ ſtipiti. Et hꝫ floꝛẽ glaucũ. ⁊ hꝫ ſemẽ minutũ in vaginis ſubtilibꝫ ⁊ longis ⁊ curuis ſicut coꝛnua.⁊ ſicut hꝫ fenugrecũ.⁊ ꝓpter hãc cauſam noĩatur Kiratidos ⁊ almicon.⁊ eiꝰ expoſitio eſt coꝛnutũ papauer.⁊ ſemen qð eſt incluſum in illis vaginis eſt minutũ nigrũ ⁊ aſpeꝝ. Naſcit̃ in locis marinis ⁊ aſperis. ⁊ latine vocatur memit ⁊c.

¶ Gal.vij.ſim.far.c. Micon chirãtes.i. papauer coꝛnutũ noĩatũ eſt quidẽ ſicca fructu breuem connexionẽ habente. ſicut ⁊ fenugreci.et aſſimilat̃ coꝛnu bouino.vocat̃ aũt ab aliquibꝫ papauer marinũ. qm̃ vt plurimũ ꝓpe mare naſcit̃. Uirtutẽ aũt hꝫ inciſiuam ⁊ abſterſiuam. Opium aũt qð ex ſucco ipſiꝰ fit fri.eſt in q̃rto. ſic.in tertio. Papauer cõponit̃ ab aperio ⁊ vẽto inde papauer qð vento magis aperit floꝛẽ. Idem libro vtſ. Papauer vnũ quidẽ eſt ixias id eſt fluidũ noĩatũ.eo ꝙ cito ab eo defluũt ſemina eius.vel q2 ab eo cito defluit flos. Aliud ꝟo eſt domeſticũ quod eſt oꝛtenſe ⁊ excolitur. Atuero ⁊ alia duo ſunt papauera ſilueſtria vltra hec.vnũ quidẽ q̃ſi depreſſam hñs codiam. aliud aũt oblongioꝛẽ.hoc totũ aũt eſt oblongius ⁊ aridius. huiꝰ papaueris opos.i. lacticiniũ defluit. Unde ⁊ quidã noĩant id fluidũ. ꝟtus aũt omniũ papaueꝝ eſt infrigidatiũa. Sed oꝛtenſis quidẽ qð ⁊ calachitidam noĩant moderate eſt ſomniferũ ſemen aptũ eſui ꝓpterea quidẽ ⁊ in panibꝫ miſcet̃ id.⁊ cũ melle ꝓmiſcẽtes comedũt. Primi ꝟo cuiꝰ cito floꝛẽ defluere diximus: ſemẽ foꝛtius infrigidat. quocirca nequaq̃ q̃s eo vtit̃ inceſſanter.ſicut eo qð eſt oꝛtenſe. attamen ponũt id in cibis q̇ cũ melle fiũt in nitro ⁊ in panibꝫ. Tertio ꝟo dicti ſemen nigrũ exiſtens iam farmacoſum eſt ſufficienter infrigidãs. Quarto aũt dicti farmacoſius omnibꝫ eſt.⁊ ſ̃m ſemen: ⁊ ſ̃m codiam: ⁊ ſ̃m folia: ⁊ ſ̃m opium.i.eius lacticiniũ vehemẽter infrigidat vſq3 ad toꝛpoꝛẽ ducens ⁊ moꝛtificationem. vnde medici eſt vti eo: bene miſcendo cũ farmacis obtundentibꝫ frigiditatis foꝛtitudinẽ. Eſt enĩ ex quarto ⁊ vltimo infrigidantium.

## ¶ Operationes.

¶ Pandecta cap.cxlvi. Uirtus papaueris do- A
meſtici dicte ſpeciei eſt q̃ infrigidat frigiditate
foꝛti.⁊ illud papauer eſt qð plus ingreditur in
medicinis. Unde qñ papauer ſimpliciter po-
nitur in medicinis: illud debet intelligi. vñ va-
let in medicinis ſemen eius: folia: capita: ⁊ lac.
Uirtus eius eſt frigida in q̃rto gradu
¶ Serapion libro aggre.auctoꝛitate Dyaſco. B
Domeſtici papaueris ſemen inducit ſomnum
temperate quãdo pulueriſatur cum pane. aut
miſcet̃ cum melle ⁊ comeditur. ſed contuſum ſe-
men eius infrigidat frigiditate foꝛti. Et gũmi
eius papaueris ⁊ ſuccus eius eſt opium. C
¶ Sed ſeil.i.liquidũ ingredit̃ plus in medici-

nis: valet ſemen ei⁹: folia: ⁊ lac ipſius. ⁊ virtus eoꝝ eſt que infrigidat in quarto gradu. et illa eſt virtus narcotica ⁊ mortificatiua.

D ¶Et idem auc. Gal. Virt⁹ domeſtici ⁊ agreſtꝭ eſt infrigidatiua. ⁊ ꝓpterea ſi coquantur folia ei⁹ cū capitibꝰ in aqua: ⁊ fundet ei⁹ decoctio ſuper caput facit dormire. ⁊ qñ teruntur eius folia cō triti...e forti: ⁊ miſcentur cum ſanich: ⁊ fit inde emplaſtrū apoſtematibꝰ calidis ⁊ geriſipule. et datur ex eo in potu non potentibꝰ dormire.

E ¶Et teruntur capita papaueris recentia. ⁊ fiunt trociſci q̄ deſiccantur ⁊ reponuntur ⁊ adminiſtrantur.

F ¶Et qñ coquuntur capita papaueris in aqua: donec conſumatur aque medietas. deinde ad miſcetur illi decoctioni mel. et iterum coquitur donec coaguletur. ⁊ fit inde loboc eſt valde bonum tuſſi: ⁊ ſuperfluitatibꝰ que deſcendunt ad cannam pulmonis: ⁊ fluxui antiquo mēſtruorum. quando autem admiſcemus ei acaciam ⁊ ypoquiſtidos fit fortius ad hoc.

G ¶Semen vero nigri papaueris teritur fortiter ⁊ datur in potu cum vino in fluxu ventris ⁊ in curſu humorum antiquo ex matrice. Cauendū tamen eſt a nimietate vſus eius ne inducat ſubeth: aut litargiam: aut etiā mortem.

H ¶Et teritur cum aqua. aut aqua ro. fit emplaſtrum fronti et temporibus ad nimias vigilias: ⁊ ad dolorem capitis.

I ¶Et qñ ſumitur de ipo opio parua q̄ntitas ſicut ē granū orobi. facit dormire ⁊ ſedat dolorē. ⁊ confert tuſſi ⁊ fluxui antiq. ⁊ decoctio papauerꝭ albi qñ abluitur cū ea caput facit dormire temperate. ⁊ ſi aliqs vtitur eo nimis inducit ſubeth.

K ¶Et ſi ſumitur in potu ꝯfert morbis qui fiūt ab hūoribꝰ q̄ deſcendūt a cerebro. q2 repellit eos. ⁊ maxie qñ ſumitur cū aq̄ pluuie ⁊ vino. ⁊ qñ ex eo ſumitur q̄ntitas magna facit ſubeth. et poſtea occidit ⁊ miſcetur cū mirra ⁊ oleo ro. ⁊ croco: ⁊ diſtillatur in aurem. ⁊ ꝯfert apoſtematibꝰ ca. oculoꝝ. Et qñ diſſoluitur cū aceto ꝯfert heriſipile.

L ¶Et qñ miſcetur cū lacte mulieris ⁊ croco cōfert podagre. ⁊ fit ex eo ſuppoſitorium paruum ponitur in ano ⁊ facit dormire. Eſt autem vſus opij in collirijs. vt dicit idem Serapion.

M ¶Dyagoras autem prohibuit vſum ei⁹ in egritudinibꝰ oculorum ⁊ aurium: quoniam debilitabat ſua frigiditate membra illa.

N ¶Anderadas dixit q2 niſi adulteraretur inducit cecitatem quibꝰ intromitteretur: ⁊ dixit q2 iuuamentū eius ſolum eſt in odorando faciēs dormire. alijs ꝟo omībꝰ modis vſus eius eſt mal⁹ ⁊ piculoſus valde. ſ3 hi omēs errauerūt. q̄nia3 operatio ei⁹ verificatur per experientiam.

O ¶Et idem auctoritate Gal. Papauer cornutum laxat ventrē laxatione leui. vnde abſtergit incidit ⁊ diſſoluit ⁊ diminuit.

P ¶Gal. vij. ſim. far. ca. micō caraputicos. Radix hui⁹ herbe cocta ī aqua vſq3 ad medietatē epaticos iuuat. ⁊ flo. ⁊ fo. valde ſordida ⁊ male morigerata vlcera iuuāt. abſcedere aūt ab eis oportet cū iā facta fuerint vlcera mūda. intantū eñ abſtergere natura ſunt. vt ⁊ ipſi⁹ munde carnis nō derelinq̄t q̄d ꝓpter nāq3 fortitudinē nedū ſordes ſ3 etiā eſcaras vlceris auferunt.

Q ¶Aui. Species papaueris ſunt infrigidatiue ⁊ nō eſt in ipo ꝯglutinatio de q̄ ſit curandū. et illud q̄dē qd eſt nigꝝ: eſt ingroſſatiuū exiccatiuum. ⁊ flos ei⁹ ⁊ folia ꝯferūt multū apoſtematibꝰ ſordidis. ⁊ oportet q2 caueatur poſtq3 mūdificata fuerint. q2 abſtergit abſterſiōe forti q̄uſq3 diſſoluit ⁊ diminuit carnē. ⁊ ipa qd aufert eſcaras aduſtas q̄ ſunt i eis. Et qñ coq̄tur radix hui⁹ plante cū aq̄ vſq3 ad ꝯſumptionē medietatꝭ. et datur in potu decoctio ei⁹ ꝯfert ſciatice ⁊ doloribꝰ epatis. ⁊ confert illis q̄ habent in vrinis ſuis velut telam araneā quoꝝ vrina eſt groſſa.

R ¶Et ſemē ei⁹ qñ ſumitur in potu in q̄ntitate duarum caſuf cū mellicrato laxat ventrē laxatiōe leui. ⁊ flos eius ⁊ fo. qñ fit emplaſtrū cum eis addito oleo auferunt fraudulentiā vlcerum.

S ¶Sera. auc. Raſis. Opiū ꝯfert fluxui vētris ⁊ vlceribꝰ inteſtinoꝝ: ⁊ doſis eſt ab vno dauich vſq3 ad duos. ⁊ q̄ntitas occidēs ex eo eſt. ʒ. ij.

T ¶Et dixit ſi detur opiū illis q̄ꝝ fetus diſſoluitur ꝓpter vigilias curat eos. eo q2 facit dormire. et ſic facit reuerti virtutē eoꝝ. Et dixit Gal. in li. de ingenio ſanitatis. q2 opium mandragora ⁊ iuſquiamus deſiccant vlcera.

V ¶Dyaſco. cap. de opio. Poteſt autem opium lacrimas reſtringere collirijs admixtū: ⁊ circū linitum refrigerare. ⁊ aurium dolorem et toti⁹ corpis mitigare: illa videlicet ratione q̄ ſomnū facere dicitur.

## Capitulum. cccxxix.

Paritaria latine: ⁊ grece alſmen: aut partemon. aut perdition. aut ſideritis. aut eraclia. aut quiaſtri agreſte. aut libatiam. aut poliminon. arabice tugregaria. ¶Pandecta capitulo. xxix. Paritaria ſiue vt latini aliqui vitriola viridis habet virtutē. et non ſicca. folia eius ſunt calida ⁊ ſicca in. iij. gradu. virtutem habet dyaforeticam. Semen eius eſt frigidum ⁊ humidū. ¶Dyaſcori. cap. Almen ſiue paritaria herba eſt que naſcitur in tectis aut parietibꝰ. haſte ſunt illi minute et ruffe. Folia ſimilia alinos aſpera. ⁊ circa ipſi⁹ haſtas ſemen aſperum habens reb⁹ adherens Uirtus eſt ei⁹ ſemini ſtiptica ⁊ frigida. ¶Ga-



lienꝰ.vi.ſim.far.c. Eliximen. Quidā em̄ perdition nominā̄t. Alij au̅t perthericu̅. Alij auteꝫ ſidiritem. Su̅t auteꝫ alij q̄ nominā̄t hancera‑cleam.id eſt au̅t ſemini eiꝰ virtus expurgatiua leuiter.⁊ ſtiptica.frigida ⁊ humida.

## ¶ Operationes

A ¶ Pandecta.ca.xvs̄. Paritaria in teſta calefa‑cta ſine liquore loco dolenti ſupponit̄.vel etiaꝫ decocta in vino qꝺ meliꝰ eſt.⁊ cu̅ furfure ī vino albo aliq̄ntulu̅ acido multu̅ ꝯfert. Curat etiā ſic preparata paritaria frigiditatē ſtomachi et inteſtinoꝝ ⁊ dolorem eoꝝ.

B ¶ Cōtra ſtrāguiriā ⁊ diſſurriā paritaria ī aqua ſalſa coquat̄ ⁊ oleo ⁊ cathaplaſmet̄. Ipā ſimi‑liter cocta ⁊ comeſta valet contra dolorem ſto‑machi ⁊ inteſtinoꝝ ex frigiditate ⁊ ventoſita‑te. Et criſpelle ex ea facte ⁊ comeſte valent con‑tra p̄dicta. Ad eos q̄ ſanguinē reijciu̅t parita‑riā tere:⁊ extrahe ſuccu̅ ⁊ bibant.

C ¶ Dyaſ. Semē eiꝰ cathaplaſmatibꝫ adbibitu̅ ignē ſacru̅ extinguit.condilomata ſpargit.cō‑buſtionibꝫ medicat̄. Tumores om̄es compe‑ſcit. Puſtulas emendat.

D ¶ Succus eiꝰ cu̅ ceruſa mixta ignē ſacrum ex‑tinguit.⁊ herpetas ſi vnctus fuerit

¶ Et podagricis medicatur cum ceroto cipri‑no aut cum axungia aprino. E

¶ Succus foliou̅ eiꝰ in q̄ntitate ciati vnius acceptus tuſſientibꝫ antiquis opitulat̄. Tumo‑res faucium gargariſmo aut ſupunctus com‑peſcit. Dolorem aurium cum oleo roſeo mix‑tus mitigat. F

¶ Gal. Semen eius ſanat vniuerſas flegmo‑nes in p̄ncipio ⁊ augmento vſqꝫ ad ſtatum.et precipue cōbuſtionibus ſuperplaſmatꝰ. Sed ⁊ ſuccus eius igni ſacro ⁊ doloribꝫ aurium fleg‑monoſis conuenit. G

¶ Succus eius folioꝝ tumores faucium gar‑gariſmo compeſcit. Et quidā medicoꝝ. Hiis q̄ longo tempore tuſſierunt propinauerunt eum ꝙ autem abſtergat euidentem prebet experien‑tiam in vitreis vaſis. H



## ¶ Capitulum.cccxxx.

Palma chriſti latine. Arabice Nakola. Serapion li.aggre.ca. Nachala ſiue nachla. Diuidit̄ diuiſionibus multis Nam ſunt rami eius ⁊ ſuccus ramoꝝ ipſoruꝫ. ⁊ ciphiliones eius:⁊ ſummitates ipſiꝰ ſine ca‑cumie.⁊ cortex cacuminis eius.⁊ eſt kafri ⁊ re‑cens ex eo immaturu̅ qꝺ eſt ſicut agreſta vue eſt halach. Idem auctoritate Galieni. Sub‑

ſtantia ſucci ramoꝝ ⁊ ciſſilionū ⁊ ſummitat; eſt cōpoſita ex ſubſtantia aquoſa tepida ⁊ terrea: frigida. ſed coꝛticis ſummitatis ſubſtācia eſt in ſeipſa ſiccioꝛ. ⁊ nō eſt in eo humiditas aliqua. Et ſapoꝛ toti⁹ arboꝛis eſt ſtiptic⁹. Uirtus eius eſt deſiccatiua.

## ¶ Operationes

A ¶ Pandecta cap̄. ccccclxij. Cōfert vlceribꝫ putridis. ⁊ ſtringit iūcturas. ⁊ cōfert coꝛruptioni coꝛpis ⁊ oꝛis ſtomachi applicata exteri⁹: aut ī potu ſumpta. Sed ſedumactinas .i. nucleus ſiue os dactili. qn̄q; cōburit̄ in olla ſic alie medicine. ⁊ cū extract⁹ fuerit ab igne extinguit̄ in vino. ⁊ poſtea abluit̄ ⁊ ponit̄ loco tucie in collirijs q̄ ponunt̄ in oculo. ⁊ ſi nō comburunt̄ prima vice comburant̄ iteꝝ. Et virtus eoꝝ eſt ſtiptica conglutinatiua.

B ¶ Quando miſcetur cū lardo conuenit vlceribus q̄ fiunt in oculo ⁊ exitui oculi ⁊ caſui palpebraꝝ ⁊ incarnat vlcera.

C ¶ Et idem auc. Aben meſuay. Uirtus ciſilionū eſt frigida in fine ꝑmi grad⁹. ⁊ ſicca in medio eiuſdem. Confert acuitati ſanguinis ⁊ colere. ⁊ ſtringit ventrē. ⁊ nutrit nutrimento pauco ⁊ curat doloꝛem ſtomachi.

D ¶ Et idem auctoꝛitate Raſis. Ciſilio ſedat fluxum ſanguinis ⁊ colere. ⁊ ſtringit ventrem. et tarde deſcendit a ſtomachi fundo. ⁊ ad ei⁹ deſcenſum iuuat zinziber conditum. ⁊ facit ea q̄ facit kafri. id eſt ſummitas ramoꝝ palmi vel coꝛtex ſummitatū coꝛum.

E ¶ Galien⁹. viij. ſimpli. far. c. Finix arboꝛ. ⁊ eſt palma. Finix arboꝛ eſt. id eſt palma ſtiptica. participat virtute in om̄ibꝫ ei⁹ partibꝫ. ramoꝝ igit̄ ſucc⁹ auſterus eſt ex aquoſa ſubſtantia. tepida ⁊ terreſtri frigida ꝯſiſtens. ſimiliter autē hui⁹ nature eſt. ⁊ vocat̄ cenogefalos .i. cefalionus eſibilis exiſtens. Fruct⁹ ꝟo ei⁹ ⁊ maxime dulcis. nō pauca participat caliditate. eſibilis exiſtens. ad multū ꝑuenit vſum. nō ſolum extrinſecus appoſitus vbi cōfoꝛtare quid ⁊ ſiccare ⁊ ꝯgregare. ⁊ denſare ⁊ ꝯſtringere indigem⁹ ſed etiam aſſumptus vt cibus ſimul cum alijs et ipſe per ſe.

F ¶ Quod vero vocatur alacer germen exiſtēs molle palme eandē cū cenogefalo hab; virtutem. qđ vero eſt velut rectia eius ſtipticam virtutē poſſidet. ſiccat aūt plus ꝑdictis ceu ⁊ conſiſtentia ſubſtantie ſiccius eis exiſtens ⁊ minime participans humiditate.

G ¶ Unde multi in putridinalibus vlceribꝫ vtunt̄. ⁊ in farmacijs colligentibꝫ laxis articuloꝛum ⁊ epatis ⁊ ſtomaticis virtutibꝫ extrinſecus. Eſt autem radix huius plante ſiccatiue immoꝛdaciter virtutis. habens quid et ipſa ſtipticitatis.

¶ Rabbi moyſes ca. de palma. Coꝛ palme auget ſperma: ⁊ iuuat ad coitum. H

¶ Auerrois in ſuo Colliget. Omnes ꝑtes dactili ſtipticitatē habēt manifeſtā. Sed fructus eius cū maturus aliquā hab; ſtipticitatē. Coꝛtices ꝟo arboꝛis ꝑdicte maioꝛē habent ſtipticitatē aliq̄bꝫ ꝑtibꝫ ipſi⁹. Pro fructu huius lege ſupra Dactilus. in cap̄. cliiij. I



## ¶ Capitulum. cccxxxi.

Palaciū leporis. Ex herbario. Palaciū leporis herba eſt endiuie ſimilis: niſi ꝙ folia eius magis acuta. radices ipſius ſaxifrage ſimilia. Floꝛes parue ⁊ ſemē rotundum: magis tamen ꝙ̄ ſaxifrage. Naſcitur longitudine duoꝝ cubitoꝝ. Aliqui nominant iſtam herbam domū leporis: ſiue palaciū leporis: ſiue herbā leporis. Propterea ꝙ iſta herba lepoꝛem a melancolia ſua cuſtodit. Naſcitur in locis vmbꝛoſis ſiue arenoſis.

## ¶ Operationes.

a ¶ Pallaciũ leporis meláćolicꝭ multũ eſt conueniẽs. Uinũ decoctõis ei⁹ valet paraliticꝭ et ad colicã paſſionẽ ieiune ſumptũ.

b ¶ Radix ei⁹ in vino decocta ꝓuocat vrinã. ꝛ bibitũ calculũ frangit. Item potatũ ſtranguiriã curat. diſſintericis multũ ꝓdeſt radice cũ vino ſumptũ. Hec herba meláćolicis magnũ pſtat auxiliũ. Radice in collo pendente generat audaciã: tollitq̃ʒ timorẽ. Pallaciũ leporis cum vino decocta q̃r. fe. tollit. ꝛ omib⁹ paſſionib⁹ splenis ſingulare preſidium eſt.



## ¶ Capitulum .cccxxxij.

P Lantago maior vel arnogloſſa vel q̃n q̃ʒ neruia vel lingua arietis latine. grece arnogloſſos. Ara. liſen A. ba mel. Pandecta c.lxij. Arnogloſſa. i. plantago. cui⁹ tres ſunt ſpẽs. Una ẽ feia. cui⁹ folia ſũt lata habẽtia q̃ſi fila in fractura ſua. Alia eſt hñs folia ſtricta q̃ lanceola vocaẗ. ꝛ eſt maſcul⁹. ꝛ hʒ fila vl' neruos in fractura ſua. ꝛ ob id q̃r q̃ʒ neruia vocaẗ. ꝛ habent ſtipitẽ mediũ ſeminib⁹ plenũ. fri. eſt ꝛ ſic. in. ij. gradu. Eſt alia ſpecies que vocaẗ plantago aquatica. p q̃ lege barba ſiluana ¶ Sera. li. ag. c. Liſen. i. lingua arietis. et eſt plantago. Et ſubiungit auc. Dyaſ. dicit aurẽ Arnogloſſa. ꝛ eius expoſitio eſt lingua agni. Ideo q̃ greci arnon agnum vocant: ꝛ gloſſos linguam. Et dr̃ etiam eptapleuros. id eſt ſeptẽ coſtas habens. nam in folijs eius ſunt ſeptẽ coſte ab epta in greco. i. ſeptem ꝛ pleuros coſta. q̃ habet ſeptem neruoſitates manifeſtas i ſimilitudinẽ coſtarum laterum animaliũ. Cuius due ſunt ſpecies. Maior ꝛ minor. De minori in ſequenti capitulo dicet. Maior ꝟo habet virgas aſperiores: ꝛ folia lata ſimilia oleribus que comeduntur. ꝛ ꝟga eius eſt angulosa ad rubedinẽ declinãs. cuius lõgitudo eſt vni⁹ brachij. ſup quã eſt ſemẽ in figura ſua a medietate ipſius ſupra. Et habet radices molles et plures. ſup quas ſunt pili albi vt groſſitudo digiti. ꝛ reperitur in locis lapidoſis ꝛ humidis ꝛ vallib⁹ ꝛ ortis ꝛ pratis. Et illa quidem maior eſt maioris virtutis q̃ minor.

## ¶ Operationes

¶ Galien⁹. vi. ſim. far. cap. de Arnogloſſa ſiue plantago maior. Hec planta mixte cõplexiõis eſt. Habet eñ q̃d aquoſum frigidũ. habet aũt quid ꝛ auſterũ quod eſt terreſtre frigidũ ꝛ ſiccum quare infrigidat ꝛ deſiccat. ꝛ ſm ambo ſecunde eſt abſtantie. Quecũq̃ʒ aũt cũ ſtipticitate farmaca deſiccant omnib⁹ malis veteribus vlcerib⁹ ꝛ reumatib⁹ ꝛ putrefactionib⁹ conueniunt. ꝛ ideo etiã diſſinterijs. nam fluxus ſanguinis figunt. A

¶ Et ſi quod ꝑſtum eſt refrigerant ꝛ conſolidatiua ſimul ſunt malorũ vlcerum. tam recentium q̃ veterum. In omib⁹ aũt huiõi farmacis vel prima vel nulla vltima arnogloſſa eſt ꝓpter proportionem complexionis. B

¶ Nam ꝛ ſiccitas participat ꝛ frigiditas non ſtupefactiue. ſʒ ꝛ fructus eius ꝛ radices ꝯſimilis virtutis ſunt niſi q̃ ſicciores ꝛ min⁹ frigide. ſed fructus quidem pl⁹ ſubtiliũ partiũ eſt. radices ꝟo pl⁹ groſſarũ. Ipſa aũt folia herbe deſiccate plus ſubtilium partiũ ꝛ min⁹ frigide ſunt virtutis. eius exalata ꝛ euaporata ſuperfluitate aquoſa. Ipſarũ pterea q̃dẽ ergo radicib⁹ quidam ad dentiũ dolorẽ vtunẗ maſticando. ꝛ lotionib⁹ ipſarũ decoctarũ ad opilationes ꝛ epatis ꝛ renũ vtunẗ eis. C

¶ Sed ꝛ folijs ꝛ multomagis adhuc fructu. Participant enim hec omnia abſterſiue virtutis: quantum decet ea ſm eſſe. Et in ipſa herba putatur ſuperari: tamen a multitudine humiditatis D

¶ Pandecta cap. vtſ. Arnogloſſa. i. plantago vtilis eſt ad ſiccandũ vulnera ꝛ mundificãduʒ putredinem corꝑ. epar ꝯfortat. repugnat ſacro igni ne corpus ambiat. valet etiã emorroidib⁹ E

oēʒ dolorē q̄ eſt ex ignis aduſtione refrigerat.
F ¶ Succ⁹ eius cū albumine oui ſumpt⁹ liberat yctericū. vtilis eſt emoptoicis ⁊ diſſintericis. ⁊ q̄b⁊ fluūt mēſtrua vel emoꝛroide. vulnera pulmonis curat. Radix ei⁹ in aqua cocta doloreʒ dentiū mitigat: ſi os ex illa aqua lauet̄. Succ⁹ ei⁹ valet ꝯ opilationē renū. Delet maculas nigras. ⁊ ſtringit ſanguinē. Herba ipa maſticata doloꝛē dentiū tollit. Succ⁹ eius datus q̄rtanario ante duas horas acceſſiōis ꝓfert. Valet etiā ad vulnera recentia cum axungia.
H ¶ Sera. auct. Gal. Virt⁹ eius eſt q̄ incarnat. Et ꝓfert vlcerib⁊ coꝛroſiuis oīb⁊ ⁊ putredini eoꝝ. ⁊ ꝓpter h̄ ꝓfert vlcerib⁊ inteſtinoꝝ. ⁊ incarnat fiſtulas ⁊ alia vlcera antiqua. Et ſemen ei⁹ ⁊ radix ſunt ꝓpinqua huic ꝟtuti: niſi quia ſunt ſicciora ⁊ foꝛtioꝛa. Et ſemen eius eſt multū ſubtile. ⁊ radix eius eſt groſſe ſubſtātie. ⁊ ipa ꝓfert dolori dentiū qn̄ maſticatur: ⁊ quādo fit collutio oris cum aqua eius.
D ¶ Et ſemia q̄dē ⁊ folia ⁊ radix ſūt aperitiua oppilationis epatꝭ ⁊ renū. ꝓpter abſterſionē q̄ eſt in eis. niſi q2 ſemē ei⁹ eſt forti⁹ in h̄ ſatꝭ. q2 in oīb⁊ iſtis eſt ꝟtus q̄ abſtergit ſatꝭ. ⁊ fortaſſe eſt ꝟtus in hac herba dū eſt recens. niſi q2 vincit̄ ab humiditate q̄ eſt in ea. vnde nō eſt manifeſta ſua opatio ꝓpter ſuā victoriā humiditatis. ⁊ quando deſiccant̄ folia ei⁹ fit virtus ei ſubtilioꝛ ⁊ minus frigida. qm̄ aquoſa ſupfluitas q̄ eſt in ea reſoluitur ⁊ deſtruitur.
I ¶ Et idem auc. Alexandri. Arnogloſſa retinet ventrem quando bibitur: ⁊ fit criſtere cum ea: ⁊ confert febribus tertiane et quartane quando bibitur ſuccus eius.
K ¶ Dyaſ. cap. de arnogloſſa. Arnogloſſa cathaplaſmatib⁊ adhibita ſordida vulnera purgat ⁊ reumata ſiccat. Profluentib⁊ ſanguinē occurrit. Maculas nigras ⁊ epictidas curat. ⁊ cicatrices vulneꝝ facile ducit. Semē ei⁹ tunſum ⁊ in puluerē redactū ⁊ vulneri aſperſum ſanat. Uſtionib⁊ ſingulare p̄ſidium eſt.
L ¶ Morſib⁊ caninis auxiliuʒ p̄ſtat. ⁊ tumorib⁊ ⁊ ſcrofis maxime ſi cū ſale imponat̄. Cocta ꝟo folia ipi⁹ cum aceto ⁊ ſale diſſinterijs ⁊ ciliacis opitulant̄. maxime ſi cū lenticula adhibeātur ydropicis cocta ſuccurrit. Epilenticis ⁊ aſmaticis ꝓdeſt accepta. Succus eius vulnera oris purgat gargariſmo.

## Capitulum. cccxxxiij.

Plātago minoꝛ Sera. li. ag. c. Liſen ⁊ eſt plantago. Cui⁹ due ſunt ſpecies ſcʒ maioꝛ ⁊ minoꝛ. De maiori iā dictū eſt. Sed minoꝛ habet folia ſubtilioꝛa ⁊ minoꝛa



⁊ tenuioꝛa q̄3 folia maioꝛis. ⁊ habet ꝟgam que inclinat̄ verſus terrā: multos ramulos habētem. ⁊ flos ei⁹ eſt croceus. ⁊ ſemen ei⁹ eſt in radice lingue. ¶ Dyaſ. c. Arnogloſſos. Eius genera ſunt duo. Unū d̄r polipleuron. Eſt etiam aliū d: ſed min⁹. Minus ꝟo habet minuta folia ⁊ anguſta ⁊ lenia. ꝟga ei⁹ multos habet angulos inclinata ad terrā. florem viridem hn̄s. ⁊ ſemen ſuper ipſam virgam. Naſcitur ꝟo in cardiarijs locis.

## Operationes.

A ¶ Dyaſ. c. de Arnogloſſa inq̄t. Minoris plantaginis ſuccus collutioni datur oris ex folijs ⁊ ſanguinantes gingiuas curat.
B ¶ Item ſuccus tepefactus fomēto ventris dolorem tollit. Succus bibendus eſt eis q̄ purulenta reijciūt cum ſanguine. In ſerpētꝭ morſu plantago minoꝛ trita cū vino ſumit̄.
C ¶ Comeſta autem ſola vel cum lenticula cocta ⁊ oleo viridi cum aceto diſſintericos ⁊ ſtomaticos curat. Si cui vulnus ſecus oculum vel naſum natū fuerit: ſuccus eius cum lana molli impoſitus p dies nouem curat.
D ¶ Itē ſucci ei⁹ coclearīū vnū bibituʒ lūbricos expludit. ſilr̄ fac̄ piſtura i vmbilico poſita. Si

q̄ duricies ĩ corpe naſcit̄ herbā piſtatā cū axũ
gia ſine ſale q̄ſi malagina impone. Succ⁹ ei⁹
in aq̄ mulſa ante duas horas acceſſiõis potui
da q̄rtanarijs ⁊ miraberis ei⁹ effectum.
E ¶ Ad podagrā ⁊ omnem neruoꝝ dolorē vel tu
morē: folia ei⁹ piſtata cū modico ſale optimuꝫ
eſt. vulnera recentia cū axungia veteri curat ſic
⁊ parotidas. Si cui pedes doluerint ex itine-
re cū aceto impoſita tumorē ⁊ dolorē tollit. Fi
ſtulas tunſa ⁊ impoſita facilime ſanat.
F ¶ Omes difficultates veſice folia et radix ei⁹
potata fortiter medentur. quia abundāter in
frigidant ⁊ deſiccant ⁊ reprimunt. ꝓpter qḋ ad
vlcera maligna ⁊ reumatica ⁊ putrida iuuant
Herba ipſa diſſintericos iuuāt: ⁊ emoroidas
reprimit. Uſta infrigidat ⁊ glutinat. deſiccat
eñi abſq3 mordicatione.
G ¶ Semē aūt ei⁹ ⁊ radix ſilia ſūt ꝟtute. ꝓpter qḋ
ſicciora ſūt ⁊ min⁹ frigida. Semē pterea habꝫ
ſubtiliādi ꝟtutē. folia extenuādi. radix ĩpinguā
di q̄ maſticat̄ in dolore dentiū. Ad oris etiā la-
uationē facit ⁊ epatis ⁊ renum emfraſim.
H ¶ Multi dicunt radicem eius collo ſuſpenſaꝫ
ſcrofas naſci non dimittere. Hec predicta etiā
Serapion refert auctoritate Dyaſcoridis: licꝫ
per alia verba.



## Capitulum. cccxxxiiij.

Platan⁹ arbor. Pandecta ca. ccxxvij.
Dulb vel baccam arabice. grece ſuffi
re. latine platan⁹ arbor vel ſcotanum.
Ubi ſciendū q̄ ſcotanū q̄ in Hiſpania tingūt̄
pāni. ⁊ nos vocam⁹ eā barzi. ⁊ eſt platan⁹ arbor
vt pꝫ p ꝯcordiā Auicēne ei⁹ cap. cū Dyaſ. cap.
de platano. ⁊ ꝓfert velut nuces paruas. vt Jo.
ſerap. ca. de dentifrigijs. Item in Dyaſco. ſm
tranſlationem arabicā ca. de Platano. Arbi-
tror platanū eſſe dulb. Item Stephan⁹ cap.
de platano. Platan⁹ eſt dulb. Sera. li. ag. cap.
Dulb. auctoritate yſaac. Dulb eſt arbor mag
na extenſa. habēs folia magna ſimilia palme
manus hoīs ſimilia folijs kerue. niſi quia ſunt
minora. quoꝝ ſapor eſt amarus pontic⁹. ⁊ cor
tex ligni ei⁹ eſt groſſus rubeus. Color ꝟo ligni
eius q̄n ſcindit̄ eſt medius inter glaucedinem
⁊ rubedinē. ⁊ habet florem paruū lenem glauci
coloris. In cuius loco q̄n cadit naſcit̄ granum
aſperū glaucū vergens ad ruborē. pulueru len
tum in ſuperficie ſicut granum catapucie. hec
in Hyſpania vocatur palma chriſti. cum qua
ibidem tinguntur panni. ſimiliter folia ei⁹ ſimi
lantur folijs ellebori nigri. ¶ Gal. vij. ſim. far.
cap. de Platano inquit. Subſtantia eius eſt
fri. ⁊ hu. nō longe a rebus temperate cōplexio
nis. Dyaſco. cap. de platano. Platanus habet
virtutem fri. et hu.

## Operationes.

¶ Galien⁹. Folia eius recentia q̄n teruntur et A
ponunt̄ ſicut emplaſtꝝ ſup apoſtemata q̄ fiunt
in geniculis: ſedat eas ſedatione manifeſta. ſꝫ
corticis eius ꝟtus eſt q̄ deſiccat adeo q̄ cortex
ſpē coquit̄ cū aceto: ⁊ ꝓfert dolori dentiū.
¶ Nux vero eius q̄n adminiſtratur cū axun- B
gia: confert apoſtematibus que accidunt a cō
buſtione ignis. Cortex eius q̄n cōburit̄ eſt me-
dicina deſiccatiua abſterſiua. Confert egritu-
dini cū qua eleuat̄ cutis ⁊ cinis ei⁹ curat vul-
nera in qb⁹ eſt ſordes ⁊ putredo. ꝓpter nimiam
humiditatem exiſtentem in eius loco.
¶ Et oportet q̄ caueatur multum a puluere q̄ C
eſt in folijs eius ⁊ in fructu. quia eſt nociuus
valde canne pulmonis. Ideo q̄r deſiccat mul-
tum et inducit aſperitatem. ⁊ nocet voci et lo-
cutioni: ⁊ etiam viſui ⁊ auditui: ſi cadit in auri
bus vel in oculis.
¶ Dyaſ. Emplaſtꝝ eius ſedat apoſtemata ca- D
lida q̄ fiūt in genu. Et q̄n cortex eius ⁊ nux ei⁹
cōburunt̄. ⁊ fit emplaſtꝝ cū eis ⁊ adipe porci-
na aut arietina ꝯfert vlceribꝰ putridis. Simi
liter. ⁊ eius cinis facit ſolus hoc.

E ¶ Et qn̄ coquunt̄ folia eiꝰ recentia cum vino. ⁊ fit emplaſtrū cū eis: ꝓhibet curſum humoꝛum ad oculū. ⁊ reſoluit apoſtemata flegmatica. et qn̄ coꝛtex coquit̄ cum aceto: ⁊ fit collutio cum eo: cōfert doloꝛi dentium.

F ¶ Et qn̄ fructus eius recens bibitur cum vino confert moꝛſibus venenoſis. ⁊ quando adminiſtratur cū axungia curat cōbuſtionē ignis. Et puluis folioꝝ eius quando cadit in oculuꝫ aut aures nocet multuꝫ. Similiter et puluis q̇ eſt ſup̱ fructum eius.

G ¶ Coꝛtex eius cum vino ſcoꝛpionum ictus reſtringit. Lanugo folioꝛum oculis et auribus eſt inutilis.



## Capitulum. cccxxxv.

Paliurus. yſid. Paliurꝰ eſt herba aſperrima ⁊ ſpinoſa. Gloſa ſuper Eſaiam xxiiij. c. Paliurꝰ tanta ſpinaꝝ circūdatione denſcit. vt pro aſperitate vix tangi poſſit. Piniꝰ li. xiij. Cirenaica regio. lothon p̄poſuit ſue paliuro. Fructicoſioꝛ eſt hec fructuqꝫ magis rubeus. cuius nucleus nō ſimul manditur. Jocundus p̱ ſe: atqꝫ ſuauioꝛ vino: quin ⁊ vina ſucco ſuo cōmendans.

## Operationes.

A ¶ Piniꝰ li. xxiiij. Paliuri quod eſt genꝰ ſpine: ſemen eius afari zuram vocant. Cōtra ſerpentes efficaciſſimum eſt. Jtem calculoſis et tuſſi folia vim aſtrictoꝛiā habent.

B ¶ Radix diſcutit pānos: collectiōes vomicas vꝛinas trahit potata. Decoctū eiꝰ in vino aluū ſiſtit. Serpentibꝫ aduerſat̄. Radix p̄cipue datur in vino. Bacce purgationi mulieꝝ ꝓſunt. Ciliacis. diſſintericis. colericiſ ꝓdeſt: radix decocta ⁊ illita extrahit infixa coꝛpoꝛi. Vtiliſſima qꝫ tumoꝛibꝫ eſt ac luxatis.

C ¶ Dyaſ. Paliurꝰ eſt q̄ ab aliis acus palearis dr̄. vel cicer domeſticū vocat̄. Folia eiꝰ ⁊ radix ſtiptice ꝟtutis ſunt. ita vt ventrē fluentē ꝯſtringant. Jn h̄ qꝫ dyafoꝛetice virtuti ꝑticipāt. vt in veſica lapides frangāt. ⁊ ex toꝛace atqꝫ pulmone ſputamia flegmatica cum humoꝛe educant. Dicit̄ ⁊ lauaria. eo ꝙ pleriqꝫ ex ea lauant. Semen illiꝰ bibitū tuſſim cōpeſcit. Lapides veſice frangit. moꝛſibꝫ venenatis occurrit.

D ¶ Eius elixatura bibita ventrē ſtringit. vꝛinā ꝓuocat. Venenis acceptis obuiat. Folia eius vt cathaplaſma impoſita curant apoſtemata ſi ſint recentia. radicibus quoqꝫ ſicut ⁊ foliis eſt virtus ſtiptica.

## Capitulum. cccxxxvi.



Paſtinaca domeſtica yſidoꝝ dicit: eo ꝙ radix eiꝯ ſit p̄cipuꝯ hoīs paſtus. Eſt em̄ odoratu iocūda: cibo delectabilis. Palladiꝰ li. iiij. Paſtinaca vere ſerit̄. Primo ſemine ponit̄ ꝛ plantis loco pingui ꝛ ſoluto altiꝰ paſtinaco. raraq̀ʒ ſtatuēda eſt robur accipiat. ¶ Piliniꝰ li. xix. Lignoſiora ſunt ortulana q̄dā a nobis poſita in cartilaginū genere. mirumq̀ʒ ſaporis vehementiā oībꝫ ineſſe. Ex his vnū eſt genꝰ paſtinace ſed agreſte qđ ꝓuenit ſponte ſchaphilinis grece dicitur. Altera ꝟo ſcʒ domeſtica: ſerit̄ radice vel ſemine. Primo vere vel autūno vt placet bigino Februario. Auguſto Septembri Octobri. ſolo q̄ʒ altiſſime refoſſo vtilis eſſe incipit annicula vtilior yma. gratior ꝛ autumno. patiniſq̀ʒ maxime. Et ſic q̄ʒ virtus ei eſt intractabile. ¶ Sera. li. ag. ca. Lezar. id eſt paſtinaca. Eſt ex ea domeſtica et ſilueſtris. Domeſtica quidem eſt nota. Et illa habet radicem in longitudine vnius palmi boni odoris: que comeditur.

## ¶ Operationes.

a ¶ Gal. viij. ſim. far. c. Staphilinū. i. paſtinaca Domeſtica q̄dē debilior. ſilueſtris ꝟo fortior eſt ad oīa. Domeſtica vrinas mouet: ꝛ mēſtrua ꝓuocat. ꝛ tota q̄dē herba. maxīe ꝟo ſemē ꝛ radix Habet āt ꝛ q̄d abſterſiuū in ſe. quocirca ꝛ fagedenoſa vlceꝝ quidem cū folijs viridibꝫ ꝛ melle cathaplaſmant aut mūdificant.

b ¶ Et idē in libro de cibis. c. de paſtinaca. Radices haꝝ domeſticaꝝ comedūt̄. Alimentū q̄dē minꝰ rapis habētes. calefaciūt aūt manifeſte. id eſt in medio ſecūdi gradꝰ: ꝛ humectāt in primo gradu. ꝛ aliq̄d aromatizans. indigeſtibilitas q̄dem igit̄ ſimiliter ipſis ineſt ꝛ alijs radicibus. Vrinatiue aūt ſūt. Et ſi abundat aliquis in ipaꝝ vſu mali chimi generant̄.

c ¶ Silueſtrē paſtinacā q̄dā vocāt daucū: magis vrinatiuū q̄dē exiſtentē. magis āt medicinalē iā ꝛ multa decoctiōe indigentē ſi debeat quis comedere ipm̄. De illa lege cap̄. Daucus.

d ¶ Dyaſco. Paſtinace vis oīs in radice ꝛ ſemine conſtituta eſt. Diſſintericis quoq̀ʒ vetuſtis vtilis eſt. Dentes eius radice circūdati credunturꝰ a doloribꝫ releuari.

## ¶ Capitulum. cccxxxvij.

Panis porcinus latine. Arabice Buthormarien. vel alcharincha vel artanita. grece ꝟo leucopodion vel ciclaminꝰ. Vbi ſciendū ꝙ Auicen̄. li. ij. c. de Artanita. dicit ꝙ archarincha vel artanita eſt ciclamen. et eſt panis porcinus. ¶ Sera. li. aggre.



ca. Buthormarien. Dicit buthormarien. id eſt Ciclamen. Almanſor cap̄. de Apoplexia. In criſteri nanq̀ʒ quod facit ponit artanitam et buthormarien. credo ꝙ ſit error ī ſcribēdo. qm̄ buthormarien ſm̄ Sera. eſt ciclamen. Et artanita ſm̄ Auicen̄. eſt ciclamen. ¶ Vnde Serapion lib. aggre. aucto. Dyaſco. Buthormarien. i. ciclamen. ꝛ habet folia ſimilia plante: que dr̄ ciſſus. i. edera. niſi quia ſunt maculata maculis albedini trahentibꝫ. ꝛ habet virgam ad nigredinē tendentem ſine folijs. cuiꝰ longitudo eſt quatuor digitoꝝ ꝛ amplius. ſup̄ quam eſt flos ſimilis roſe rubeus aut purpureus. et habet radicem nigrā. groſſam. rotundā. latam ꝛ p̄ſſam ſimile rape. naſcitur in locis vmbroſis. maxime ad vmbrā arboꝝ. Et incidit̄ hec radix ꝛ ſiccat̄ ſicut ſquilla. ¶ Dyaſ. ca. de ciclamine ſm̄ tranſlationē noſtrā. Ciclamē. i. panis porcinus. folia habet ſimilia ciſſos. ꝛ vario colore picta. inter que ſunt et alba folia. tyrſus ei eſt nudus ſine folijs vnius palme. habens in ſummo flores roſeos vel purpureos. cuius radix nigra eſt. intus vero alba ꝛ groſſa et lata ſicut rapa. ¶ Galienꝰ. vij. ſim. far. c. de Ciclamine. Ciclaminus varius virtute eſt. etenim abſtergit ꝛ incidit ꝛ attrahit ꝛ dyaforat. palam

em̄ eſt ex actib⁹ q̄ ſm partem. Et ſubdit. Aliūs
vero ciclaminus: quē quidā Ciſſanchomium
nominant. eo q̄ odore ⁊ flore aſſimilatur. Radi
cem inutilem habens. fructū vero habet ope/
ratiuum ſufficienter. ¶ Plinius cap̄. de cicla/
mine. Ciclamen. id eſt panis porcinus. in fo/
lijs eſt ſimile ciſſos in figura. Et ſunt colore va
ria. radix nigra ⁊ rotunda: in medio depreſſa.
Eſt cityrſu nudos cum flore purpureo. Eſt
aliud genus ciclaminis. quod appellant cicla/
temon. folia habet ciſſos ſimilia: ſ; minora. ha
ſtam groſſam ⁊ nodoſam. que haſta ſi arborez
proximam habuerit: adheret illi. florem habet
albū ⁊ odoratū. ſemē butruoſum ⁊ ſimile vuis:
⁊ velut ciſſos. Guſtū habens muſcilaginoſum
⁊ viſcidū. ſed inutile. locis aſperis ⁊ aridis na/
ſcitur. Idem. Ciclamen ca. eſt ⁊ ſic. in. iij. gdu.
qui ⁊ caſſam⁹ panis porcin⁹ ⁊ malum terre ap
pellatur. Radix ei tuburoſa. que quanto maio
res tanto meliores. ſic q̄ ipſa radix recens ⁊ ex/
ſiccata magnā habet efficaciam. ſed recens ma
iorem habet. Debet autem circa finem autum
ni colligi. ⁊ in quattuor partes ſcindi. ⁊ cū filo
ſuſpendi. ⁊ parum ad ſolem ponatur: ⁊ in vm/
broſo loco exſiccetur. Habet autem virtutē diſ/
ſolutiuam ⁊ conſumptiuam.

## ¶ Operationes.

A ¶ Pandecta. ca. xiiij. ad emoroidas inflatas ⁊
nō fluentes: ſed exteri⁹ apparētes ſup aſpergat
puluis ei⁹: vel illiniat ex ſucco eius ſi interius
latitāt. iniciāt in modica q̄ntitate ꝑ criſtere.

h̄ eſt ꝙ qñ elōgat̄ tp̄s ſup ipm co2rodit̄ ⁊ pfo
rat̄ etiā qñ terit̄ nō inuenit trito2 i pncipio ſue
ɔtritiōis punctionē multā. ⁊ qñ incipit mo2
dicare: nō appet mo2dicatio ei⁹ multa anteq̄
guſtet̄. deinde remanet mo2dicatio ei⁹ tp̄e nō
paruo. ſ; piper albū ē meli⁹ ſtōacho alijs dua
bus ſpecieb⁹.

## Operationes

A ¶ Sera. Radix piper; ɔfert colice ⁊ dolori/
bus frigidis. Eſt ca. ⁊ ſic. eſt bona colice. ⁊ vē
toſitatib⁹ ⁊ alijs dolo2ib⁹ fri. ⁊ ē ſimilis coſto
ſ̄m ꝟtutē. ⁊ piper nigꝝ acuti⁹ ē albo. ⁊ albū ē
debili⁹ eo. ⁊ ꝟtur piper; eſt calefactiua: attra
ctiua cibi: ⁊ ꝓuocatiua vrine: reſolutiua ⁊ ab
B ſterſiua obſcuritatis viſus. ¶ Et qñ ſumit̄ in
potu aut fit inunctio cū eo. aut miſcet̄ in aliq̄
vnguēto. ɔfert rigo2ib⁹ febriū periodicaꝝ. et
ɔfert mo2ſib⁹ venenat;: ⁊ expellit fetū: ⁊ potiſ
C ſime ſi i potu ſumat̄ vl' aſſidue comedat̄. ¶ Et
qñ fit naſcale cū eo poſt coitū ꝓhibet impre/
gnationē. ⁊ hoc ſimiliter facit aſſidue come/
ſtū. Nā iter pſtat genitale: ⁊ admīſtrat̄ i lohoc
⁊ ſyrupis q̄ ſūt ɔuenientes tuſſi et dolo2ib⁹ pe/
cto2is. ⁊ fit linitio cū eo ⁊ melle. ⁊ cōfert ſqui/
nātie. ¶ Et qñ ſumit̄ i potu marie cū granis
lauri aut folijs ei⁹: ɔfert to2tiōib⁹ vētr;. et qñ
maſticat̄ cū ſtafiſagria ⁊ cū paſſulis facit de/
ſcēdere flegma ex capite: ⁊ ipm ſedat dolo2ē.
⁊ ɔfo2tat ꝟtutē digeſtiuā. ⁊ ingredit̄ i ɔfecti/
onib⁹ ſpecieꝝ q̇b⁹ vtunt̄ ſani i ɔdimēt; ciboꝝ
ad ꝓuocādū appetitū. ¶ Et qñ miſcet̄ cū pice
reſoluit ſcrofulas. Et qñ miſcet̄ cū nitro ab/
ſtergit mo2feā. ⁊ nō ē radix piperis zinziber:
ſicut putauerūt q̇dā. imo radix ei⁹ eſt ſimilis
coſto: q̄ quidē calefacit ⁊ mo2dicat linguā. ⁊
attrahit humiditatē ad os: qñ miſcet̄ cū ace
to. Et linimētū cum eo reſoluit apoſtemata
ſplenis. ⁊ ſi ſumit̄ facit idē. ¶ Et idem aucto.
Aben meſuay. Proprietas piperis eſt ꝙ ꝓhi
bet impgnationē: ⁊ maxime qñ ſumitur poſt
coitū. ⁊ ꝓhibet to2tiōes ⁊ ventoſitates q̄ fiūt
in ſtomacho ⁊ in inteſtinis. ⁊ exiccat flegma
viſcoſum qđ aggregat̄ in pecto2e ⁊ pulmone
⁊ inteſtinis. ⁊ digerit cibū. ⁊ nocet febricitan
tib⁹. ¶ Et ſi q̇s vtitur multu; pipere ꝓuocat
vrinā. Et ſi vtat̄ eo paꝝ ꝓuocat ventrē. Sca
monea eſt ɔtraria in hoc: ⁊ facit hoīem ma/
cre fieri: ⁊ deſiccat ſperma. Et in pipere albo
cū acuitate ſua eſt hūiditas q̄ auget in ſper/
mate: ⁊ mūdificat epar ⁊ ventrē ⁊ pulmonē ⁊
ſtomachū. ⁊ ɔfert mo2ſib⁹ venenoſis: ⁊ cale/
facit neruos ⁊ muſculos ⁊ plus omī alia re.
¶ Paulus ca. de pipere. Piper eſt calidu; in
q̄rto gradu. ſiccū in ſcđo. Ubi ſciendū ne ali
q̄ erro2is materia repleant̄: ꝓpterea q2 i pñti
lr̄a Serapion ⁊ Dyaſco. vident̄ cū Galieno
nō modicū diſcrepare dicētes ꝙ piper nigꝝ
acutius eſt albo. ¶ Galien⁹ vero ait: ꝙ piper
albū acutius ē nigro. ⁊ ꝓpterea ſicut ex ꝟbis
Dyaſco2idis bene intuētib⁹ ⁊ auide eſt mani
feſtū ꝙ piper albū eſt duplicis generis. ¶ Eſt
quoddā piper albu;: qđ fit qñ grana minuta
q̄ fuerūt in pipere longo incipiūt ingroſſari.
⁊ vnū ab altero incipit ſepari: ſed nō fact⁹ ē
botrus vel racem⁹. ¶ Eſt aliud piper album
qđ fit cū illa grana q̄ fuerūt in p̄dicto pipe/
re albo ſ̄m debitā q̄titatē fuerint aucta: et
intra ſe totaliter ſepata: ſicut q̄ ſūt poſita in
quodā botro vel racemo. ⁊ ſūt ꝓpinq̄ matu/
ritati. Primū ꝟo piper albū qm̄ ſapit adhuc
naturā; piperis longi: q2 vicinat̄. participat
adhuc de ei⁹ humiditate: cui⁹ gr̄a nō ē mul
tum acutum. Piper aliud albū de quo dixi/
mus: qđ eſt in medio inter maturitatē ⁊ prīn

cipium generationis eſt ſatis acutum.quare
cum remoueatur ⁊ elõgatur a pipere longo
non participat humiditatem eius:⁊ eſt acu-
tius ſeipſo cum venit ad maturitatem: pro-
D pter quã amittit de eius acuitate. ¶ Et hoc
idem videmus in fructibꝫ acetoſis que ſunt
in medio tempore acetoſiores.hoc etiã in ſe-
minibꝫ eſt videndũ:ſcꝫ. Feniculis: ſinapibꝫ:
et ceteris ꝗ ſunt acutiores et calidiores qui
ſunt in medio tempore:ꝙ q̃ ſunt in extremo
Sic ergo ad ꝓpoſitum piper nigrum acuti-
us eſt albo:ſcꝫ albo quod eſt in principio ge-
nerationis.ꝗ nõ habet multam acuitatem
propter humiditatem quam participat:vt di
ctum eſt.hunc reſpectum habuit Serapion
G ⁊ Dyaſcorides.¶ Sciendũ inſup ꝙ in maio
ri quãtitate inueniretur de pipere albo:niſi
ꝗ inficitur ꝓpter ignem.ſed illud quod non
contaminatur ab igne remanet album ⁊ non
rugoſum:qđ non poteſt eſſe niſi modice q̃n-
titatis:quia modicuꝫ eſt illud quod ab igne
impreſſionem non recipit.



## Capitulum.cclx.

P Iper nigruꝫ latine. arabice habelze
lim vel grana ezelem.

### Operationes

¶ Serapion libro aggrega.cap̃. habelzelim A
id eſt granum zelin.⁊ eſt piper ethiopium vel
nigrorum.⁊ eſt granũ pingue ĩ magnitudine ci-
ceris:⁊ eſt citrinũ exterius:albũ interius.et
habet ſaporem bonuꝫ.defertur ex terra bar-
barie.¶ Et illud quod nominatur in barbaria B
croin:eſt ſimile faſeolis in forma ſua: niſi ꝗ
grana eiꝰ et cortex eiꝰ ſunt minora faſeolis.
habent nigrũ colorẽ ⁊ acutum ſaporẽ ſicut pi
per.⁊ defertur ſimiliter a terris nigrorum.⁊ ſũt
calida in tertio gradu.humida in pͥmo. ¶ Et C
conferũt dolori dentiũ.¶ Augent eni in ſper D
mate.¶ Et faciunt bonũ odorem oris. E



## Capitulum.cclxi.

P Iperelle latine. grece baerina.arabi
ce baerinia. Serapion lib.aggrega
toris cap̃.baerinia:id eſt piperella.⁊
eſt in figura ſicut piperis minoris figura:ni-
ſi quia eſt in colore ſuo citrina.

### Operationes

¶ Serapion. In ea due ſunt virtutes cõtra A
rie:ſic̃ frigiditas ⁊ caliditas. ¶ Et idẽ aucto B
ritate Aben meſuay. Baerina eſt granũ par
uũ minus pipere.⁊ eſt in eo citrinitas pauca:
⁊ eſt odoriferũ:cuius odor ẽ ſicut odor ligni
aloes.eſt calidũ ⁊ humidũ.⁊ in eo eſt abſter-

C ſio parua. ¶ Idem. Prouocat vrinā multā fe
tidam qñ coquitur in vino et bibitur. illud vi
D num. ¶ Et aufert ꝓpter hec fetorem aſcello-
rum et fetorem totius corporis. Et operatio
in hoc eſt a tota ſua ſubā. et quando coqui-
tur radix et bibitur: cōfert ſicut piper nigrū.



## Capitulum. cccl xij.

Piretrum latine. grece dentanos. ara
bice vero achirarraba: ſiue acharcha
racha. Serapion libro aggre. cap̄.
Achirarraba. auctoritate Dyaſco. Achirara
ba: id eſt piretrum. et eſt planta cuiꝰ folia ſūt
ſimilia folijs dauci agreſtis aut maratri. ⁊ ſti
pites ſimiliter ſicut ſtipites illius. et ſup ſti-
pitem eſt corona ſimilis corone aneti. ⁊ habꝫ
radicem in groſſitudine digiti. ¶ Auicēna li-
bro. ij. capitulo de piretro. Piretruꝫ plurimū
quod de hac planta adminiſtratur eſt radix
eius. melius eſt illud quod eſt acutum: mor-
dificatiuum lingue. et magnitudo eiꝰ eſt ſm
quantitatem digiti.

## Operationes.

A ¶ Dyaſcorides. Pungit linguam quādo gu-
ſtatur pūctiōe forti et attrabit flegma. ⁊ ideo
quando coq̄tur cū aceto ⁊ fit colutio oris cō
fert dolori dentiū. Et quādo maſticatur at-
trahit flegma. ¶ Et quādo teritur ⁊ miſcetur
cū oleo ⁊ inungitur ꝓuocat ſudorē. ⁊ confert
membris ſup que vincit frigus: et conſeruat
corpus a nimio frigore aeris ne noceat ei. et
amiſſione ſenſus ⁊ motus. ⁊ eſt eiꝰ iuuamen-
tum magnū in hoīe. ⁊ cōfert paraliſi ⁊ rigori
bus febriū. ¶ Galienus. viij. ſimpliciū farma
corum cap̄. de piretro plurimū quod de eo ad
miniſtratur eſt radix eius. ⁊ ꝓprietas virtutꝫ
eius eſt ꝓprietas adurens. ⁊ pungit linguaꝫ
quando guſtatur punctione forti: et attrahit
flegma. ¶ Et ſedat dolorē dentiū qui fit a fri
giditate. ⁊ confert rigori febrium qñ fit inun-
ctio cum eo diſſoluto in oleo ante aduentuꝫ
paroxiſmi. ⁊ confert illi q̄ habet ſtuporem in
membris ante relaxationē. ¶ Auicēna. Pire
trum quidā extimauerunt eſſe frigidum: ſed
nō eſt: imo calidum ⁊ ſiccum in tertio gradu.
extrahit flegma maſticatū. et virtus eius eſt
aduſtiua. Et ꝓuocat ſudorem: cum ex eo cū
oleo abſtergendo inungitur corpꝰ ſi miſcea-
tur cū oleo. ⁊ abſtergendo inungat̄ ex eo ꝓ-
uocat ſudorem. fricatio facta ex eo ⁊ decocti
one ipſius et oleo eius. Confert mollificati
oni neruoꝝ antique: ⁊ ſtupori eoruꝫ. ⁊ ꝓhibet
generatione alcuzeꝫ ab eo in quo generatur
alcuzeꝫ vehemēter aperit opilationes cola-
torij: ⁊ ꝯſtrictionē nariū. ¶ Et eius decoctio
ꝯfert dolori dentiū: ⁊ ꝓprie frigido. Et eius
acetum cōfirmat dentes motos ſi decoqua
tur cū aceto ⁊ teneatur in ore ¶ Et quādo fri
catur cum eo corpus ante paroxiſmuꝫ rigo-
ris cum oleo: ꝯfert rigori facto cum febre et
abſqꝫ febre. ¶ Paulus ca. eſt ſiccum in tertio
gradu. Maſticatum attrahit flegma ꝑ os. ⁊
remouet dolorem ⁊ ſtuporem dentium.
¶ Auerrois quinto libro Colliget. ca. de Pi
retro. Eſt calida ī quarto: ⁊ de ea adminiſtra
tur radix. ¶ Conſtantinus libro graduū. ca-
pitulo Piretrum. Piretrū eſt in quarto gra
du calidum ⁊ ſiccum. Linguā vrit: ⁊ flegma
nimium attrahit. Ideoqꝫ dentibus valet de
frigiditate et humiditate dolentibus.
¶ Alexander ⁊ Stephanus. Illud tritum ⁊
cum melle potatum: epilēticis valere teſtan
tur. Collo ſuſpenſum aut naribus applicatū
ſubuenit infantibꝫ epilenticis. Cum oleo mi
xtum et dorſo femineo inunctum ante rigo-
ris acceſſionem venire ꝓhibet eam.
¶ Valet etiam paraliticis ac neruorum mol
liciei de frigiditate ⁊ humiditate totius cor-
poris. Deniqꝫ in corpore toto ex eorum per-
uncto prouocatur ſudor.

L ¶ Platearius. Piretrū eſt ſatꝫ cōmunis her
ba in tertio gradu calida ⁊ ſicca. Radix eius
in medicinis ponit̄: que in hyeme colligit̄. ac
ꝑ annos quinqꝫ ſeruat̄. Piretruꝫ debet eligi
cōtinuum ⁊ nō ꝑforatum ſaporē habens acu
tum. ⁊ cum frāgitur nō puluerisat̄. Acumen
eius nō ſtatim ꝑcipitur: ſed debet aliquantu
lum maſticari ⁊ in ore teneri. Quod cōtingit
propter eius leuitatē: vel ſubſtantie ſolidita-
te. Virtutē habet diſſoluendi: cōſumēdi ⁊ at
D trahendi. ¶ Gargariſma factū ex vino dulci
decoctionis eius. cerebrum a ſuꝑfluitate fle
gmatica mūdificat: ⁊ humores vite cōſumit
I ¶ Inter dentes maſticatū dolorē tollit den-
tium: ⁊ ſtomachi reumatiſmū. Maſticatū q̄ꝫ
lingue paraliſim ſoluit. Contritum in vino ⁊
oleo decoctum ⁊ ad loca paralitica et poda-
grica cathaplaſmatū valde proficit.



## Capitulum. ccclxiij.

Pinus latine. grece Calidariſchochia
vel azet. Arabice Cinobar. Serap.
libro aggregatoris cap̄. Cinobar: id
eſt pinus arbor. Et eſt maſculus ⁊ femina.
Maſculus nominat̄ azet vel cinobar. ⁊ non
facit fructū magnū: ſed de ſudore extrahitur
pix: vt patet in littera pix. ⁊ ibidem inuenies
eius virtutem. ⁊ cum ligno fit lumen. ⁊ eſt il-
lud quod vocat̄ teda vel ꝫappinus. Et femi-
na eſt illa que facit fructū magnū. ⁊ de ea eſt
magna ⁊ parua. ¶ Et idem auctoritate Ga-
lieni. Minor eſt in ſapore ſicut ſapor maio-
ris. ⁊ eſt in ea aliquantulū amaritudinis ⁊ a-
cuitatis. ⁊ virt⁹ eius eſt calida cum acuitate
¶ Et idem aucto. Aben Meſuay. Magne
ex pinis ſunt calide in ſecūdo gradu: ſicce in
primo. Que cum bibunt̄ cum rob mūdificāt
humores groſſos ⁊ viſcoſos qui ſunt in reni
bus ⁊ veſica. ¶ Et idem auctoritate Dyaſco
ridis. Calidaris vel calicaris eſt fructus pi-
nus maior: ⁊ nominatur cochia.

## Operationes

¶ Serapion. Pinus maior ꝯfert ſaniei ī pe- A
ctore: ⁊ oībus q̄bus cōuenit educi ſaniē a pe
ctore. ⁊ facit expuere ſanguinem. ⁊ quādo in-
funditur in aqua: recedit acuitas et punctio
que ſunt in eo: ⁊ elongat̄ a mordicatione. Et
tunc eſt cōglutinatiuus: ⁊ medius inter qua-
litatem calidam et frigidā: ⁊ inter ſubſtantiā
aqueam et terreā. ⁊ ſubſtātia aquea in eo eſt
pauca. ſed fructus q̄ntum ad nutrimentū eſt
dure digeſtionis: ⁊ nutrit corpus nutrimen-
to forti. ¶ Idem aucto. Dyaſcoridis. Quan B
do comedit̄ et bibitur cum ſemine cucume-
ris ⁊ rob ꝓuocat vrinā. ⁊ cōfert ardori renū ⁊
veſice. Et quādo bibitur cum ſucco portula-
ce: ſedat mordicationē ſtomachi: et reddidit
debilib⁹ fortitudinē: ꝯfert deſtructiōi humi-
ditatis ¶ Et qn̄ accipit̄ ex ſuccu pini ſicut re C
cens: ⁊ terit̄ et coquit̄ cum rob: ⁊ accipiūtur
de ipſius decoctione. ℥. iiij. qualibet die cō-
fert tuſſi antique ⁊ vlcerib⁹ pulmonis.
¶ Idem auctoritate Galieni. Minor ex eis D
nominat̄ calidaris. Virt⁹ eius eſt calida et
abſtergit. ſapor eſt ſtipticus: amar⁹: acut⁹: et
cōfert ſputo venīēti a pectore ⁊ pulmone: ⁊ ē
ſtiptica: et cōfert tuſſi ⁊ dolorib⁹. pectoris qn̄
ſumitur ſola aut cū melle. ¶ Et idem auctori E
tate Aben meſuay. Magne ex pinis ſunt ca
lide in ſecundo gradu: ſicce in ꝑmo. Que qn̄
bibunt̄ cū rob: mundificāt groſſos humores
⁊ viſcoſos q̄ ſunt in renib⁹ ⁊ veſica. ⁊ confert
ſaniei eorum ⁊ lapidi. Reſina eius deſiccat ⁊
calefacit. ⁊ eſt dyaforetica. Pro qua lege ca-
pitulū reſina. ¶ Et idem auctoritate Galieni F
Cortex ⁊ folia pini que eſt minoris: q̄ eſt no-
minata calidaris. habent in ſe virtutē ſtipti-
cam: que curat tenaſmonem quādo apponit̄
ſicut emplaſtrum. ⁊ nō eſt medicamē melius
in hoc. ⁊ quādo bibitur ſtringit ventrem. ⁊ eſt
conferens cōbuſtioni aque bulientis. ⁊ ſimi-

liter cortex illius ſpeciei que dr̄ cochia. ⁊ eſt maſculus cōſimilis in virtute: niſi qꝛ virtus eſt ei debilior ꝟtute illi⁹. ſed folia iſtaꝝ arborū q̄ qꝛ ſunt magis humida cortice ipaꝝ: habent in ſe virtutē qua incarnant ꝑcuſſione.

G ¶ Sed pini magne. Virtus folioꝝ ⁊ cortic̄ eſt fortis in omībꝫ iſtis. ſed fumus q̄ eleuatur a ligno pini confert multum fluxui pilorum palpebrarum: ⁊ corruptioni lachrymarum: ⁊ curſui lachrymarum ab eo.

H ¶ Cortex arboris pini minoris et cortex cochie: ⁊ eſt acꝫ: oīmēs ſunt ſtiptice. et cōferunt patientibꝫ tenaſmonem quādo teritur ⁊ pulueriſatur ſupra locum. et quādo de ipſis miſcetur cum litargiro ⁊ puluere olibani ꝯfert vlceribꝫ que apparent in corpore ⁊ cōbuſtionibꝫ ignis. et quādo cōficitur cū cera diſſoluta cum oleo mirtino: conſolidat vlcera que dicuntur formice ne augeantur in corpore. ⁊ fit cum eo fumigium matrici: ⁊ expellit fetū mortuum et ſecundinā. Et quādo bibit̄ ſtringit ventrem: ⁊ mouet vrinam.

I ¶ Galienus. vij. ſimplicium farmacorum capitulo de pinea. ſm̄ tranſlationem grecam. Comi fructus: id eſt pinea quam ſcrobiliam nominānt. tota quidem viridis. habet q̄d amaritudinis ⁊ acredinis. ⁊ propterea quidē empicis et alijs quicunqꝫ indigent ea q̄ ſm̄ pulmonem ex torace faciliter extuſſire ⁊ expurgare idonea eſt. eſibilis vero fructus ei⁹. Eſt quidem cibus difficile digeſtibilis et fortis. eſt autem ⁊ vt farmacum: ⁊ ad leniendū aſperitates idoneum. ⁊ maxime quando in aqua infuſus: diſpoſuerit in eo totam quantā habet acredinem. Reliquum enim om̄e immordicaciſſimum fit. in medio enim calidū et frigidum equaliter conſiſtens ex aquoſa et terreſtri ſubſtantia habet craſim. acetoſa autem minime participat.

K ¶ Et idez in libro de cibis capitulo de pinea. Magne ex eis euchimie ⁊ groſſe chimi generatiue. Et ideo nutriunt corpus nutrimento forti: nō tamen bene digeſtibili.

L ¶ Auicenna libro. ij. ca. de pino. Virt⁹ corticis maioris fortior eſt. Et cortex eius que nominatur ſuſine eſt debilior. In cortice ei⁹ eſt ſtipticitas plurima. ⁊ vermis q̄ exiſtit in ipſa eſt in virtute cantaridis. Cortex ei⁹ confert vlceribus cordicalibus. ⁊ in ip̄o eſt virt⁹ cōſolidatiua: ⁊ in cortice ipſius eſt de ſtipticitate quod ꝑuenit ad hoc vt ſanet abraſionē qn̄ ſuper ea ponitur vt emplaſtrum.

## Capitulum. cclxiiij.

P Impinella. Pandecta Pimpinella ē herba multū ſimilis ſaxifrage. Unde verſus. Pimpinella pilos ſaxifraga non habet vllos.

## Operationes

¶ Virtus ei⁹ eſt q̄ abſtergit ⁊ fortificat ⁊ mūdificat epar ⁊ renes qn̄ in eis ſunt opilationes. A
¶ Quādo bibit̄ de radice eius quātitas amigdale a mulieribꝫ que nō bene purgātur in partu mūdificat eas per menſtrua. B

¶ Et quādo bibitur cum vino: confert dolori ventris ⁊ ycteritie ⁊ dolori veſice ⁊ renum. C

¶ Et quādo coq̄tur cū vino ⁊ bibitur ſtringit ventrem. Et quando bibitur ex ſemine eius cū vino ſtiptico cōferunt fluxui ventris. D

¶ Radix pimpinelle ꝓſeruat a peſte maſticatam: ⁊ in collo ſuſpenſum. Itē abſtergit veſtigia nigra in cute. Confert podagre. E

¶ Radix pimpinelle maſticata longo tempore apparet in ea acumē cū pauca amaritudīe et cum acredine. propterea igitur diuretica ⁊ vrinarum prouocatiua. F

## Capitulum. cclxv.

B



Peridemon. Pan. Peridemon grece velliceos vel exacāton. arabice grimath. latine Caprifoliū .i. mr̄ ſiluaꝝ.

## Operationes

A ¶ Dyaſc. ca. liceos vel exacāton fo. ſūt buſſo ſilia atq̃ ſpinoſa. g̃na ei⁹ viridia. ⁊ cū maturauerint ceraſis ſilia. Naſcit̃ i ſiluoſis locꝫ cui⁹ fo. ⁊ g̃na ⁊ radix i vnū ↄtūdunt̃: ⁊ cū aq̄ dulci coquunt̃ vſq; ad groſſitudinē Hec aq̄ ē deſiccatiue ꝟtutꝫ: ⁊ ex ↄ̄rījs cōpoſita. q̄ ſcꝫ ē extenuatoria. digeſtoria ca. ⁊ fri. ſtipticā hn̄s vim. et iō diaforeſim facit. B ¶ Facit autē ad herpetas: ⁊ ad vlcera epatis ⁊ ad parotidas. et putrida vlcera ex ſucco fruct⁹ ei⁹ fit licium. p q̄ lege ca. licium ſuperius de .l. cclxv.

## Capitulum. cclxvi.

Pinaria latine. grece ſcalones. arabice Daixoff. Sera. lib. ag. ca. Daixoff eſt ex ſpeciebꝫ pineaꝝ. fo. ei⁹ ſūt ſilia cameleonti albe: niſi q̄ ſunt nigriora. et hꝫ virgā longā folījs plenā. ⁊ ſup ip̄m ē capitellū ſpinoſum. et hꝫ radicē nigrā ⁊ groſſam. ⁊ eſt q̄d de ipa planta adminiſtrat̃. Gal. Virtus eius eſt q̄ calefacit in. ij. gra. in vltīo ei⁹. ⁊ in p̄ncipio ſc̄di: ⁊ deſiccat in. iij. Planta illa comeditur recens ſicut ſparagus.



## Operationes.

¶ Galienus. Prouocat vrinam multam fetidam quādo coquitur in vino ⁊ bibitur illud vinum. ¶ Et qn̄ coquit̃ radix et bibit̃: aufert fetorem aſellarū ⁊ fetorē totius corporis. A B



## Capitulum.ccclxvij.

PSilliũ latine. grece pigſilliũ. arabi/
ce hazaracbona vl' beſtercaton. Se
ra.li.ag.ca. Hazaracbona au. Dyaſ.
Hazaracbona: id eſt pſilliũ: eſt herba hñs fo
lia piloſa. virgas hñs lõgas mẽſura vni⁹ pal
mi ⁊ tota herba piloſa. Et exit⁹ ra mulo⁊ eo
rũ ẽ a medio virge. ⁊ ſunt ĩ ipo capitella duo
vel tria rotũda. in qb⁹ eſt ſemẽ ſimile pulicib⁹
nigrũ ⁊ du⁊. ⁊ ẽ illud qd ex eo adminiſtraẽ. Ga
lie. viij. ſim. far. circa finẽ ca. de pſillio ẽm trãſ
lationẽ grecã. Pſilliũ ſemẽ ei⁹ maxie vtile ẽ
ex ſcdo gradu infrigidantiũ. ex cõplexiõe ve
ro q̃ eſt ẽm ſiccationẽ ⁊ humectationẽ mediũ
eſt qdã ⁊ moderatũ. Dyaſ. ẽm trãſla. grecã
ca. de pſillio. Pigſilliũ aut quinofolion quẽ
ſiculi dicũt criſtallũ. aut ſquinnomella: folia
hꝫ carnopoclion ſilia ⁊ aſpa. Virgã hꝫ duo/
bus palmis longã. cui⁹ frutex piloſus ſpino
ſa eſt. coma ei⁹ a medietate incipit virge. in q̃
capitella duo vel tria ſunt cõſtricta. in qb⁹ ſe/
men ẽ pulicib⁹ ſilẽ nigrũ ⁊ durũ. naſcit̃ in cã/
pis. Aui. li. ij. ca. de pſillio. Pſilliũ qdẽ ẽ duo
rũ modo⁊: hyemale ⁊ eſtiuũ. et potio cuiuſli/
bet eo⁊ ſit pondus. ʒ. iij. meli⁹ eſt illud qd eſt
magis groſſum. qd ſubmergit̃ in aq̃. fri. eſt et
hu. in. ij. gra. Pli. ca. de pſillio. Pſilliũ herba
eſt ſilis ambre: faciẽs ſemĩa ſicut ſemina lini
ſed mĩora ⁊ ſubnigra q̃ſi tendentia ad purpu/
reitatẽ. q̃⁊ ſemẽ eſt melius qd ſubmergitur in
aq̃. dicta ẽ herba ſic: eo q ſemen ſimile pulici
habeat. ⁊ iõ iſta herba ſic dr̃ infra a qbuſdam
pulicaris: eo q ſemẽ factũ ẽ ad ſilitudinẽ pu
licis. vnde pſillos. i. pulex. Johes meſ. ca. de
pſillio. Pſilliũ eſt de alterantib⁹ cõplexionẽ ⁊
ſolutionẽ facientib⁹. ⁊ ei⁹ ſolutio fit ꝓprie lam
brificando. Eius aũt aliud ẽ albũ. aliud ſub/
nigrũ. aliud ad purpureitatẽ declinãs. Me/
lius eſt qd eſt cõpletũ ⁊ groſſuꝫ. ⁊ eſt grauius
⁊ ſubmergit̃ in aq̃. cõpoſitũ ex duab⁹ ſubſtan
tijs q̃ ſeparari poſſunt: inter quas eſt cortex
ſeparans. Eſt enĩ duplex in eo ſuba: ſcꝫ Me
dullaris. ⁊ ẽ in ea ſubſtãtia expanſa ſupra cor
ticem ipſius. ſubſtãtia autẽ interio⁊ medulla
ris ca. eſt ⁊ ſic. in. iiij. gradu. ⁊ eſt acuta vehe/
mẽter. inciſiua: rubificatiua ⁊ vlceratiua. ⁊ ẽ
de genere veneni. Subſtãtia aũt eius exteri
o⁊ ſupra corticem eſt ex multũ infrigidantib⁹.
Et dixit Ruffus. Eſt fri. ⁊ hu. in. ij. gradu. et
exceſſit. Et dixit Dyaſco. Eſt in ſecũdo. ⁊ eſt
verius. Jnquit enĩ Hypocras in epidimijs.
Non enĩ eleuaẽ res frigida iuncta cum humi
da ſupra ſcdm gradũ. Et dixit Galien⁹. Hu/
mida res nõ transgredit̃ metã vſqꝫ ad quam
poteſt extendi regimen hoĩs. ꝓpter qd non in
uenimus humidũ eſſe cauſaꝫ dolo⁊ inq̃ntuꝫ
humidũ. ſed inq̃ntuꝫ poteſt eſſe cũ materia: q̃
quantitate ſua moueẽ ad ſolutionẽ cõtinui/
tatis. Quod ex eo conquaſſatuꝫ eſt cũ aqua
fontiũ frigida. ⁊ fit muſcilaginoſum ⁊ bibit̃ ſi
cut eſt. ⁊ ꝓprie cũ oleo violarũ aut ſyrupo vio
larum ſoluit ventrem. quod autẽ ex eo frixũ
eſt ⁊ conquaſſatur cum oleo roſa⁊: eſt medi/
cina fluxus ventris ⁊ diſſinterie. Contrituꝫ
autem nullo modo potui propinandum eſt.
occultat enim cõtritio ſubſtantiaꝫ eius. me/
dulla rem vlceratiuam ⁊ excoriatiuam.

## Operationes

¶ Serapion aucto. Dyaſ. Habet virtutẽ in/
frigidatiuã quando fit emplaſtrum cum eo ⁊
oleo roſa⁊ ⁊ aceto ⁊ aqua: ⁊ cõuenit dolorib⁹
iuncturarũ ⁊ apoſtematib⁹ que fiũt in radice
auris ⁊ cõcuſſioni neruo⁊um. ¶ Et qñ fit em
plaſtrum ad ramicẽ puero⁊ũ: ⁊ ad eminentiã
vmbilici infantium: curat eos. cõuenit ad ſo
dam cum oleo roſa⁊ ⁊ pauca aqua ⁊ aceto.
¶ Et qñ oportet ex eo fieri emplaſtrum: acci
piatur de eo quantitas aliqua ⁊ teratur ⁊ in/
fundatur in aqua. ⁊ qñ inſpiſſata fuerit: aqua
ipa nõ extendatur: ⁊ fiat emplaſtrũ. qm̃ ipm
infrigidat infrigidatione forti: ⁊ ſtringit ⁊ au
fert lacrimas oculo⁊. ⁊ cõuenit obtalmie ca
lide et dolori capitis qñ infundit̃ in aqua li/
nita penna. fronti apponit̃. ⁊ quãdo aqua e⁹
bibitur cum ꝫuccaro: extinguit feruoreꝫ acu
tarum febrium ⁊ ſitim: ⁊ ſoluit ventrem. ¶ Et
idem auctoritate Aben meſuay. Sedat do/
lores pungitiuos ventris. et lenit aſperitatẽ
vlcerum ⁊ inteſtino⁊uꝫ. ⁊ abſcindit tenaſmon
⁊ cõuenit dolori capitis qui fit a caliditate. ⁊
ſuccus folio⁊ũ eius eſt ex medicinis laxati/
uis ꝓpter frigiditatẽ ⁊ humiditateꝫ q̃ ſunt in
eo. ⁊ cura nocumẽti eius ẽ cũ medicinis ca. ⁊
ſic. ¶ Et idẽ auc. Habix. Semen pſillij eſt ſi/
cut co⁊iandrũ humidũ. qñ daẽ ex eo parũ. ſe/
dat inflationẽ colere: ⁊ ebulitionem ſanguis
ca. aduſtionẽ fe. calida⁊ acuta⁊. Et ſi daẽ in
potu de muſcillagine ei⁹ ꝯuenit habẽtib⁹ hir
ſen: ⁊ ſedat ſitim eo⁊ magnam: ⁊ laxat qdem
ventrem. ¶ Et ſi datur in potu crudum ⁊ aſſa
tum ſtringit ventrem. ſimiliter etiã faciũt ſe/
mina lini ⁊ ſemĩa marrubi⁊: et grana mirti: et
ſemen portulace: ⁊ ſemẽ oꝫimi. laxant enĩ cru
da ⁊ ſtringũt aſſata. Et quãtitas ei⁹ que daẽ
de pſillio eſt. ʒ. ij. infuſo in aq̃ donec egrediaẽ
muſcillago eius: et bibatur cum ꝫuccaro al
bo: aut cum iulep. ¶ Et folia pſillij quando
emplaſtrantur ſup apoſtemata in principio

aperitionis eorum refrigerant ea. et ſi potetur ex eo parū: cōuenit egritudinibꝫ que fiūt a ſanguine. ⁊ nimis ex eo acceptum inducit ſincopim in ore ſtomachi: ⁊ fortaſſe occidit: quoniam nimium ex eo eſt venenum.

H ¶ Et cura eius eſt q̄ det in potu mel bullitū cū aqua calida et aqua aneti ſicci. Joh. meſ. Pſilliū conquaſſatū cum aqua fri. ſicut diximus ſolutiōe educit colerā. ⁊ ꝯuenit fe. multe inflāmatiōis ⁊ ſiti vehemēte ca. ⁊ ſedat inflāmationem ſpiritualiū: ⁊ lenit pectus.

I ¶ Et conquaſſatū ſicut diximus ꝯuenit fluxui colerico ⁊ diſſinterie: ⁊ fluxui mēſtruali. ⁊ ꝓprie poſt potū ſcamonee et medicinarum acutarū. Doſis ei⁹ a. ʒ. i. vſq; ad tres. timeat autē ipm habens debilitatem viſcerum.

K ¶ Auicēna. Quod ex eo frixū ⁊ inuolutū in oleo roſaꝝ: ſtipticū eſt ⁊ ſedat dolorem more emplaſtri ſuppoſitū cum aceto. Adminiſtrat etiā conquaſſatū cum aceto ſup apoſtemata calida: ⁊ formicam ⁊ heriſipilā. ⁊ ꝓprie q̄ ſunt ſub aure ⁊ ſup flegmatica: fit ex eo emplaſtꝝ tenſioni neruorum: ⁊ ipſorum ſpaſmo ⁊ podagre. et doloribꝫ iuncturaꝝ ca. cū aceto ⁊ oleo roſarum conuenit ſiti vehemēti colerice. ei⁹ quod ex eo frixum eſt pondus. ij. ʒ. ⁊ inuolutum in oleo roſarū ſtringit ⁊ conuenit diſſinterie: ⁊ ꝓprie infantiū: ⁊ quod ex ipō muſcillaginoſum eſt. ⁊ ipa muſcillago ipſius cū oleo violarum ſoluunt. ſi bibatur ⁊ tūc ſedabit inflāmationem febrium acutarum.

## ¶ Capitulum. cccxviij.

Pulegium. Dyaſcorides. Polegium omnibꝫ eſt notū. Huius virtus termantica eſt. Ex herbario. Polegiū maſculus eſt ⁊ femina. Maſculus florē habet albū. Femina rubeū vtrūq;. ¶ Plateari⁹ Poleum calidū eſt ⁊ ſiccum in tertio gradu: cuius virt⁹ cōſiſtit in folio ⁊ ī flore. Tempore florum colligitur: ⁊ ꝑ annum ſeruatur.

## ¶ Operationes

A ¶ Dyaſco. Polegiū calefacit nimis ⁊ extenuat de torace ⁊ pulmone pingues et viſcoſos humores facile ꝑ os ſpuere facit. Nauſeam ⁊ morſum ſtomachi cū puſca bibitū ſeparat nigram colerā ꝑ ventrem deponit. cum vino bibitum morſibꝫ venenatis occurrit.

B ¶ Siccum et combuſtum gingiuas confirmat cum polenta adhibitum omnibꝫ tumoribus vtile eſt. Solum impoſitum medet podagric͂. ¶ Cerotis mixtū papulas limpidat

C Spleneticis impoſitū cum ſale prauos hu-



mores exurit. In balneis infricatum pruriginem tollit. Fomento tumores ſtericos mitigat. Odor eius nauſeam prohibet.

¶ Tuſſientibꝫ prodeſt. ⁊ eſt diureticum valde D
Huius genera duo ſunt. ſcilicet maſculus q̄ florem generat album: ⁊ femina purpureum.

¶ Platearius. Polegium valet contra frigi- E
dum reuma. Uinum decoctionis eius ꝯtra frigidam tuſſim ex glutino vel aquoſo humore. contra dolorem ſtomachi ex frigiditate ⁊ ventoſitate. ¶ Ex herbario. Si infans i vte- F
ro mortuus fuerit: huius tres rami recentes triti: ⁊ in vino veteri potati mire ſanant. Ualet ⁊ ad veſice vel calculi ⁊ ad cordis pectoris ſtomachi toracis ve dolorem. ¶ Plini⁹ libro G
decimo. Magna eſt cū menta ſocietas ad recreandos animo defectos. Ad oris vlcerationis ⁊ ad tuſſim efficax habetur.

¶ Flos recentis incenſus pulices odore ne- H
cat. Ad hyemem cum ſale eſt vtile. Eſtate calores ſedat.

¶ Macer. Feruida pulegij vis ſiccaq; dicit I
eſſe. Tertius a medici datus eſt gradus huic in vtroq;. Sepius hanc herbā ſi pregnās ſumit abortit. Menſtrua deducit cum vino ſumpta repente. Hocq; modo tardas hec extrahit herbas ſecundas ⁊c.



## Capitulum.cccLxix.

Populus arbor. Pādecta Populꝰ arbor duas hȝ ſpēſ.vñ Dyaſ.duo facit capl'a. Vnū ſic incipit. Populꝰ quā leuce dicūt ⁊c. Aliud ſic Agiros.i. Populꝰ arbor quā alij leuce vocāt ⁊c.in fine ca. Aliq̄ inq̄t ꝓhibēt arborȝ eiꝰ lacrimū in oridanū diſtillatū ſuccinū facere.i.karabe ⁊c. Auicē.ſilr facit duo capl'a. Vnū qđ incipit haur romanū volens dicere agiros:vt Dyaſ.dicit. Aliud akaroſa. Pli.tria gn̄a ppli facit:alba:nigra.⁊ q̄ limbica vocat̄ mīma folia nigerrima alba folio bicolor ſupne cādicans: inferiori ꝑte viridi hinc nigra.q̄ inuēta circinate rotūditatȝ.fo.ſūt vetuſtiora ī angulos exeūte ecōtrario edere anguloſa rotūdant̄. Iſi. Populus dicta ē:eo q̄ ex eiꝰ calce multitudo naſcat̄: Cuiꝰ genꝰ duplex. Nā altera ē alba.altera nigra. Alba ppl's dicta ē:q: fo.eiꝰ vna ꝑte ſūt alba.altera viridia. Eſt ḡ bicolor hn̄s q̄ſi noctȝ ⁊ diei notas. Generat etiā reſinā:q̄ electrū noīat̄ circa oridanū fluuiū.vel vt alij memorant̄ ī finibꝫ ſyrie. Ambro. Bicolor ē ppl's arbor vicȝ coronis vmbroſa victricibꝫ. Pli. li.ij. Mōtes amat ppl's ſic̄ ⁊ buxꝰ.nec niſi in aq̄ſis ꝓuenit ppl's.ſic̄ nec ſalix nec alnꝰ. Vnitas ꝓ foliorū cuiuſq̄ꝫ ꝑmanet ī ſuo gn̄e.ꝑter q̄ꝫ populo ⁊ edere. Tria ſūt ppli gn̄a.vicȝ alba ⁊ nigra ⁊ q̄ limbica appellat̄ minima folio ac nigerrima fungiſq̄ꝫ enaſcētibꝫ. Hec etiam mens eſt Auicēne ⁊ aliorum autorum.

## Operationes

¶ Dyaſco. Populus arbor calefacit ⁊ humectat mediocrit̄. Huiꝰ cortex bibita iſthiadicis medet̄.⁊ ſtrāguirijs ſubuenit. Multi etiam dicūt q̄ eadē bibita eſt rene vel vrina burdonis gn̄are nō ꝑmittit.¶ Eius folia bibita poſt purgationē mēſtruorū ſili mō ꝯceptū nō admittūt. Succꝰ foliorū eiꝰ doloribꝫ auriū ſubuenit.¶ Succus ſemis eiꝰ melle mixtꝰ caligines oculorū detergit. Itē folia cū aceto cathaplaſmata podagricȝ medent̄.¶ Semē ꝓ cū aceto bibitū epilēticos curat. Reſina eiꝰ virtute calidior eſt.⁊ malaginatibus vtiliter miſcet̄. Aliq̄ etiā ꝓhibēt huiꝰ arborȝ lacrimū rodanū diſtillatū ⁊ coagulatum ſuccinum facere.quod tritum ac bibitum ſolutiones ventris cōſtringit ⁊ ſtomachū reficit Ac fluorem ſanguinis reprimit.¶ Conſtantinus. Populus calida eſt ⁊ ſicca ī ꝑmo gradu.aliquantulum habens ponticitatis. Coleram rubeā purgat. Prodeſt eis qui dolorē habent in capite. aut apoſtema vel ydropiſim.conſtipatos etiam ventres purgat.



## Capitulum.cclxx.

Polipodiũ latine.grece dipteris.arabice biſ beyg.vel biſte vel filicica. Sera.li.ag.ca.biſ beyg auct. Dyaſ. Biſ beyg.i.Polipodiũ eſt plāta naſcēs in rupib⁹ ⁊ i ſaxis ⁊ in muris hũidis antiq̄s ⁊ ſup ſtipites.⁊ iuxta radices antiquaꝝ arboꝝ maxime querc⁹:cui⁹ longitudo ē vni⁹ palmi.et eſt ſilis herbe decē baracos.⁊ ſup ipm ſũt pili:⁊ eſt alta:ſed nō eſt exaltatio ei⁹ ſubtilis ſicut baracos.⁊ hʒ radices ſup q̄s ſũt pili a q̄ egrediunt̄ rami.⁊ radix eſt ſilis aiali q̄ttuordecim pedũ:qd̄ nominat̄ ſcolaca:id eſt ſcolopendria.⁊ groſſitudo eius eſt ſicut digitus.⁊ color eius interi⁹ eſt viridis ad albedinē declivis ⁊ dulcis ſaporis.⁊ eſt illa q̄ cedit i vſuʒ medicine. Dyaſ.ca.de polipodio. Polipodium naſcit̄ in parietib⁹ humectis ⁊ circa radices arboꝝ vetuſtaruʒ in quercub⁹. Radices ſunt illi aſpere ⁊ illigate ſicut polipus.groſſitudinē digiti habētes. Roſa vero deint⁹ viridis ⁊ ſubalbida apparet. Plini⁹ ca.drioptepteris vel dipteris in arborib⁹ naſcit̄ filici ſimilis tenui folioꝝ ſub dulcium inciſura radice hirſuta:⁊ cetera. Hoc nomē videt̄ cōpoſitũ ex drio qd̄ eſt querc⁹:⁊ pteris q̄ eſt filix.drioſpteris ſcripſit Stephan⁹.⁊ aliq̄ dicũt ꝙ vocatur filix maſculus.ſed filicē femina inuenies ſupius de.f.in ca.cc. Gal.viij.ſim far.cap. de polipodio.in ſapore ei⁹ eſt dulcedo et ſtipticitas. Virtus eius eſt q̄ deſiccat deſiccatione forti ſine mordicatiōe.⁊ eſt laxatiua.et habet vim putrefactiuā vnde ⁊ pilos nudat.

### Operationes

A ¶ Johānes meſue.ca.d polipodio. Polipodiũ eſt radix plante:cui⁹ ortus eſt ſup arbores ⁊ ſup lapides. Et vocauit eā grecus filicem arboris.⁊ illud qd̄ naſcitur i lapidib⁹ humiditatē habet ſupfluaʒ indigeſtam faciens ventoſitatem:ſubuerſionē ⁊ nauſeā. Uerum melius ex eo eſt arboreum.et ꝓprie qñ naſcit̄ ſup arborem portantē glandes.⁊ eſt cũ ꝓprietatib⁹ bonis.⁊ ꝓprie qd̄ eſt groſſum ſolidum⁊ nodoſum:⁊ cuius color participat aliq̄d nigredinis ac rubedinis:ſed parũ:⁊ cuius con fractum eſt ſicut color fiſtici:⁊ in quo eſt aliq̄d ex aromaticitate.aliud eſt in cui⁹ ſapore eſt dulcedo cũ inſipiditate derelinquēs in guſtu aliquid ex amaritudine vltimo:⁊ qd̄ eſt recens.

B ¶ Et idē auc. Dyaſ.ca.eſt in.iij.ſic.in.ij Et idē auc. Haly ca.eſt et ſic.in ſecūdo reſolutiuũ humiditatũ groſſarũ ac viſcoſaꝝ.⁊ exſiccatiuum:⁊ abſterſiuum⁊ reſolutiuum.⁊ eſt ex maxime deſiccantib⁹ ⁊ extenuantib⁹ corpus.⁊ facit ſubuerſionem ⁊ nauſeā.⁊ eſt eius operatio debilis ⁊ tarda:⁊ tollitur ab eo nocumentũ primũ:adminiſtrādo illud cũ aqua mellis:⁊ aqua paſſularum ⁊ c.

C ¶ Et idem auct. Humay coquit̄ cũ iure galloꝝ ⁊ gallinaꝝ:⁊ fit ſolutiuũ bonũ.⁊ ſimiliter cũ aqua caſei:⁊ fit ſolutiuũ conueniens.⁊ auferunt ei nocumentũ ſecundũ.ſi admiſceāt ei aliquid de cōfortantib⁹ ſicut ſunt ſemīa redolentia.⁊ ſpecies ſicut ſunt daucus ꝓprie ⁊ aniſi:⁊ ſemen feniculi ʒinʒiber ⁊ ſimilia.decoctionē autem ſufficientem ſuſtinet.

D ¶ Serapion aucto. Dyaſ. Habet virtutē ſoluentē.datur vero cocta cũ iure gallinaruʒ:⁊ olerib⁹ aut cũ piſcib⁹ ⁊ cũ mulſa aut ſicla aut ſimilib⁹:⁊ melancoliā ⁊ flegma deponit. Cathaplaſmatib⁹ adhibita condilomata ani ſoluit.⁊ qñ deſiccatur ⁊ teritur ⁊ dat̄ in potu cũ mellicrato purgat flegma et melancoliā.⁊ qñ fit emplaſtrũ cũ eo ꝓfert attritionib⁹ neruoꝝ ⁊ ſciſſuris digitoꝝ et emorroidib⁹.

E ¶ Et idem aucto. Aben meſuay. Proprietas eius eſt purgare melancoliam:⁊ flegma ſine punctione et malicia.⁊ melius eſt eo ex citrinum:cuius ſapor vergit ad cōpunctionem et groſſitudinem et dulcedinē.⁊ groſſitudo ei⁹ eſt ſicut digitus. Et qui vult ipm ſumere:decoquat in aqua ſicle decocte:⁊ poſtea bibat. quando autem vis ponere in decoctione nō oportet vt rectifices ipm aliter niſi ꝙ terat̄ ⁊ miſceatur cũ eis. Doſis eius decocti aut infuſi eſt a.ʒ.ij.vſq; ad.v.⁊ ſine decoctione aut ſine infuſione a.ʒ.i.vſq; ad.ij.

F ¶ Et idem auctoritate meſcha. Proprietas polipodij eſt purgare leniter melancoliam.⁊ bibitur ſimpliciter cum ʒuccaro:aut mixtuʒ cum aliq̄bus decoctionib⁹ aut confectionibus. Et ingeniati ſunt aliq̄ medicorum ad illos q̄ non poterant aliquas medicinas accipere.proijcere ipm tritum in aliquib⁹ cibis ipſorum:⁊ purgat leuiter melancoliam. Doſis eius ſimpliciter cum ʒuccaro eſt.ʒ.ij.decocti autem cum medicinis.ʒ.iiij.

G ¶ Johannes meſue. Solutione educit colera m nigraʒ cum facilitate.et groſſuʒ flegma ⁊ muſcillaginoſum ⁊ materias iuncturaruʒ. et confert colice: ſm omnem modum adminiſtrationis eius ⁊ duriciei ſplenis:⁊ ꝓprie cũ epithimo et ſale indo.

H ¶ Et ꝓfert ad febres melācolicas.et ꝓprie cũ aqua mellis:et ſanat ſciſſuras que ſũt i manibus. Doſis ei⁹ eſt a.ij.aureis vſq; ad.iiij.

I ¶ Auicenna in libro de viribus cordis dicit ꝙ conforrat cor.



## ¶ Capitulum.ccclxxi.

Policaria latine. grece coniza. arabi ce gafir. Dyaſ.ca.ō coniza. alia ē ma ior atq; odore grauior. alia parua 7 odo re iocūda. iter has alia ē media generabilio ris odorꝫ. quaꝝ pma appellata ē coniza lata ſi ue vanitis. vel vt latini armētalis. Itē ſcōa vocat̄ etiā labanotis. ſiue vt latini piper ma rina vl' ſiriſcarꝰ. media appellat̄ etiā coniza ceſaleos. ſiue vt latini thimꝰ mior. maior aūt 7 mior coniza hn̄t fo. ſil'ia oliue ſ3 aſpa et pin guia 7 viſcoſa. miorꝫ ꝟo fo. odorata ſūt. maio ris grauis odorꝫ. q̄ etiā ī frutice maior ē. virga maiorꝫ ē lōgitudis cubitꝫ duob9. mior vero vniꝰ pedis lōgitudie porrecta ē. florē fragilē 7 mellinū hn̄s colorē: 7 amaꝝ ſaporē: 7 cū flo ruerit velut capillos facit. Radix ē illi inutil' Gal'. vij. ſim. far. ca. Coniza. i. policaria tā ma ior q̄3 mior ſilis ſūt cōplexiōis 7 ꝟturꝫ: ī guſtu q̄dē acres 7 amare appentes. calefaciūt val de: a pte fructuoſa ē plāta. Eſt āt 7 tertia ſpe cies policarie ī hūidiorib9 locis naſcēs feti dior ambab9 7 debilior. ſ3 due pme dicte tres gradus ſunt in calefaciendo 7 ſiccando.

## ¶ Operationes

A ¶ Ois fructꝰ eiꝰ cū foliis ſuis fumigio adhi bita: 7 ſuppoſita venena lōgiꝰ arcet aq̄ eius perſa pulices necat. Folia eiꝰ in cathaplaſ matib9 adhibita morſus venenatos mitigāt Vulnerib9 7 puſtulis medicant̄. ¶ Flores eiꝰ B 7 folia cū vino bibita mēſtruis imperāt. Ab orſum faciūt. vrinā puocāt. Tortiōib9 ſubue niūt. ¶ yctericꝫ bn̄ adhibent̄. Cū aceto bibi C ta epilenticꝫ pſtāt effectū. ¶ Elixatura ꝟo eo D rū fomēto adhibita cauſas matricꝫ cōponet ¶ Succus eiꝰ ſuppoſitꝰ aborſum facit. oleo E mixta 7 puncta tuta corpa contra frigora ſer uat. minor ꝟo impoſita 7 ea cathaplaſmati bus adhibita dolorē capitis mitigat. media vero coniza haſtā habet groſſam et lenia fo lia: 7 paulo maiora. Maior vero nō pinguia nec maiora h3 folia. ſed grauē iactātia odorē guſtū ſuauē 7 inutilē oibus. ¶ Viperas 7 ſer F pentes fugat. Et vuule vitia remediat. ma ior 7 minor coniza calefacit 7 deſiccat. deco cta igit̄ in oleo ad peryodas febriū 7 typos 7 malicioſos rigores puncta facit. ¶ Flos cū G folijs in vino potatus fetus extrahit 7 vehe mēter mēſtrua purgat. ¶ Gal'. Si q̄s folia cū 2 mollib9 ramuſculis appoſuerit alicui parti cule ſiue decoquēs oleo vtat̄ ea. ¶ Videt̄ au 3 tē 7 rigorū q̄ ſc̄m periodū alleuiatiuū huiꝰ ole um. Flores aūt eoꝝ ſimilis virtutis ſunt. ¶ Quocirca quidam 7 hos cū folijs terētes 1 oleo propinant gratia mouendi mēſtrua vio lenter 7 educendi embriones.



## Capitulum.cclxxij.

P Oligonia. Pãdecta. Poligõia a go
ni qđ eſt genu. Nã ⁊ multi genicula-
tam ⁊ cẽtũnodiã vocãt. ſeu a goni qđ
eſt ſemẽ. Nã Dyaſ. Policarpos vocari dicit
qđ magꝭ eſt credẽdũ. ⁊ hec ſanguinaria ⁊ coꝛ
rigiola a multꝭ vocaẗ. ⁊ ẽ quã virgaꝫ paſtoꝛis
ara. vocãt: vt pꝫ p concoꝛdiaꝫ Dyaſcoꝛidis
ca. de poligonos. ⁊ Aui. ca. de virga paſtorꝭ.

### Operationes

A ¶ Dyaſco. Poligonos maſculus herba eſt
virgas hñs teneras molles ⁊ multum nodo
ſas: ⁊ expãſas ſup terrã ſicut agreſtꝭ. folia hꝫ
rute ſilia: ſed oblonga ⁊ mollioꝛa. ⁊ ſemẽ in fo
lijs ſingulis. vñ ⁊ maſculus eſt flos ille albꝰ ⁊
B feniceus. ¶ Poligonos ꝟo femina frutex eſt
vnã virgã hñs mollẽ ⁊ cannoſaꝫ ſpiſſaꝫ ⁊ no-
doſam: in qbꝰ nodis folia ſunt pini ſilia. Ra-
dix eſt illi inutilis. in locꝭ naſciẗ humidis ⁊c̃.
C ¶ Plini⁹. Poligonũ greci vocant quaꝫ nos
ſanguinariã: nõ attolliẗ a terra. folijs rute ſi-
mile ſe nine graminis. quã plura genera poli
goni faciũt: hũc marẽ intelligi volunt: appel
lantq̃ a multitudĩe ſeminis aut dẽſitate fru
ticis. Alij poligonon a freqũẽtia geniculoꝝ
D ⁊c̃. ¶ Stephan⁹ in ſynonomis. Poligonos:
id eſt virga paſtoꝛis. v p y ſcripſit vt aſſueuit
⁊ in kiraimida poligonos. i. coꝛrigiola mul-
E tigonia. alij ꝟo camerzillũ dicũt. ¶ Plini⁹ li.
xxvij. Poligoniũ greci vocant herbã quam
nos dicim⁹ ſanguinariã. a terra nõ attoliẗ fo
F lijs rute ſilis gramini. ¶ Succus ei⁹ narib⁹
inſuſus ſanguinẽ ſuppꝛimit. Et pot⁹ cum vi
no cuiuſcũq̃ partꝭ ꝓfluuiũ ⁊ cruẽtas excrea-
G tiones inhibet ac ſiſtit. ¶ Dyaſc. Poligonos
maſculus herba eſt hñs virgas teneras mol
les ac multas nodoſas: ⁊ ſup terrã expãſas
ſicut agreſtꝭ. vnde ⁊ policarpos dicta ẽ. flos
illi eſt albꝰ aut fenicineus. Virtutẽ hꝫ ſtipti-
cã ⁊ frigidã. Unde ſuccus ei⁹ bibit⁹ medicaẗ
emoptoicis ⁊ abſtinet reumatiſmũ ventris.
medeẗ quoq̃ colericꝭ ⁊ ſtranguirijs. vꝛinã ꝓ-
uocat. Moꝛſibꝰ venenatis cũ vino bibitus
occurrit. Febꝛibꝰ periodicis maxime ꝓdeſt
H ante hoꝛã acceſſiõis. ¶ Suppoſitus q̃ꝫ fluxũ
mulieris cõſtringit. auriũ doloꝛes cõpeſcit.
Coctũ cũ vino ac melle curat vulnera natu-
I re. ¶ Folia ei⁹ cathaplaſmata eſtuatiões ſto
machi tollũt. Sanguinẽ reijciẽtibꝰ ſubueni
unt. herpetas curãt. Ignẽ ſacrũ extinguunt.
K tumoꝛes ac diricies tollũt. ¶ Sãguinẽ rei-
cientibꝰ vulneribꝰ maxĩe ꝓſunt. Poligonos
vero femina frutex eſt virgã hñs mollẽ ⁊ car
noſam ⁊ ſpiſſaꝫ. ⁊ eſt ramoſa pinguis atq̃ no
doſa. in quibꝰ nodis ſunt folia piri ſimilia.
¶ Radix ei eſt inutilis: ⁊ naſciẗ in locꝭ humi- L
dis. Virt⁹ eſt ei ſtiptica. ⁊ facere põt oĩa ſu
pꝛaſcripta licet minoꝛẽ habeat ꝟtutẽ. Et ſci
as eſſe herbã que dꝛ pera ſiue burſa paſtoꝛis.
de qua ſupꝛa in cap̃. ccliij. dictum eſt.



## Capitulum.cclxxiij.

P Olio. Jſidoꝛus. Polios a grecꝭ dꝛ.
a latinis omnimoꝛbia: eo q̃ multis
moꝛbis ſubiiciat. Naſciẗ i mõtibꝰ et
duris locꝭ. de vna radice multas ⁊ tenues fi
bꝛas nutrit: ſeminis plenas. In ſũmitate hꝫ
coꝛinbos caneſcẽtes odoꝛꝭ grauis ⁊ ſubdul
cis. ¶ Platcari⁹. Polij diuerſa ſunt genera:
ſed montanũ pꝛecipuũ. Cũ floꝛes ꝓducit de-
bet colligi. Virtutẽ hꝫ diſſoluẽdi ⁊ ꝯſumẽdi
⁊ diureticã ex ſubtilitate ſubẽ. ¶ Dyaſc. Po-
lion vnũ eſt maius alterũ minus: id eſt mon-
tuoſum qđ nobis venit in vſuꝫ. Et eſt frutex
alba ⁊ tenera: habens folia vnius cubiti lon
ga: ⁊ ſup virgam capitella ſemĩe plena a quo
pꝛocedit q̃ſi lanicies alba. ⁊ velut capilli lon
gi habens odoꝛẽ cũ ſuauitate grauem.

### Operationes

A ¶ Iſidorus. Succus eius aqua coctus a ſer
pentibus percuſſos ſanat. Sparſam in do/
mum vel incenſa omnes ſerpentes fugat.
¶ Platearius. Uinum decoctionis eius va
let contra frigiditatem ſtomachi ꝛ inteſtino/
rum et dolorem ex ventoſitate. Contra opi/
lationem ſplenis et epatis valet.
B ¶ Dyaſcorides. Eius elixatura morſibꝫ oc/
currit venenatis. magnumqꝫ preſidiū eſt hy/
dropicis. Aceto mixto ſpleni adhibetur vti
liter. Sed dolorem capitis cōmouet: et ca/
choſtomachum eſt. ventrem mollit. mēſtru/
is imperat. reſqꝫ venenatas extinguit. Uri/
nam monet. ſtratoqꝫ compoſitum ſerpentes
longius arcet.
C ¶ Cathaplaſmatū vulneribꝫ ꝯfert. reumatic/
paracoleſim facit: ꝛ arcuato morbo ſuccur/
D rit. ¶ Auicenna. Polium eſt ſpecies de chea:
in qua eſt caliditas ꝛ acuitas pauca. Quod
ex eo eſt minus ꝛ acutius ꝛ amarius. Et ſūt
in eo tyrſi et flores.
E ¶ Eius caput eſt vt ſpera: in quo ſunt quaſi
pili albi grauis odoris cū aromaticitate ali
qua. Maius eſt autem debilius: qd nec ama
rum eſt: ꝛ acuitas quedam in ipo eſt. Mon/
tanum minus eſt. ꝛ minus quidē eſt calidū ꝛ
ſiccum in ſecundo gradu. Eſt autem aperiti/
uum: ſubtiliatiuum. ꝛ ꝓprie minus eſt ad opi
latiōes intrinſecas aperiendum.
F ¶ Quod ex eo viride plagas recentes cōſo/
lidat: ꝛ ꝓprie maius. quod ex eo ſiccum eſt. vl
cera fraudulenta precipue minus.
G ¶ Cum aceto epithimatū cōuenit ſplenis a/
poſtematibꝫ ꝛ duriciei eius. facit autē capi
tis ſoda. nocetqꝫ ſtomacho: ſed cōfert ycteri
cie nigre. proprieqꝫ maioris decoctio.
H ¶ Confert etiam eadem hydropiſi. Idē. Pro
uocat vrinam ꝛ menſtrua. ſoluit ventrem. et
confert aſcaridibus ꝛ antiquis febribus: ac
ſcorpionis punctionibus.
I ¶ Decoctio maioris morſui vermium vene/
noſorum omniū proficua: ꝛ ex ea ſuffumigaꝫ
ac ſternitur: ꝛ fugat minora venenoſa.
K ¶ Conſtantinus. Polium eſt calidū in ſecun
do gradu. ſiccum ī tertio. Humores groſſos
attenuat. Ualet hydropicis patientibꝫ pro/
pter opilationē epatꝫ ac fellis ꝛ ſplenis. Uri
nam ꝛ menſtrua ꝓuocat. Uentrem ſoluit.
L ¶ Cum aceto bibitum valet contra durici/
em ſplenis. Et eius apozima propinatū lum
bricos cucurbitinos et aſcarides excludit.
Capitis tamen dolorē generat ꝛ ſtomacho
nocet. Si domus ex ea ſuffumigetur: repti
lia inde fugantur.



## Capitulum. cclxxiiij.

P Olitricon. Dyaſ. Politricon galli/
tricum: quod adyantos dr. habet fo
lia coriandro ſimilia in ſūmitate ſciſ
ſa. haſta eius eſt duobus palmis longa: ha/
bens ſupra ſe turgida capitella ſemen habē/
tia. radix eſt illi vtilis. Sed virtus eius eſt
in folijs.

### Operationes

¶ Dyaſco. His ſiquidē in aqua elixis: aqua
ipa bibita medicaꝫ aſmaticis ꝛ diſnoicis: ycte
ricis ꝛ diſſurijs. calculos frangit. ventrem
ſtringit. morſus caninos ad ſanitatē ꝓducit.
reumaqꝫ ſtomachi compeſcit.
¶ Cum vino bibita mēſtruis imperat. abor/
ſū facit: ꝛ ſanguinē reijcientibꝫ ſubuenit. mor
ſibꝫ quoqꝫ venenatis occurrit. ¶ Alopicia et
vlcera capitis. ſ. q̄s acaras vocāt: ꝛ pterigia
purgat. ſcrophaſqꝫ ſpargit. impoſita q̄dē tri/
ta ꝛ mixta cum lixiuio addito cinere ac vino
id ꝓſtat. ¶ Comeſta a pugilibꝫ ad pugnā vtili
ter ꝯfortat. A pecoribꝫ etiā comediꝫ. ¶ Item
politricon in locis vmbroſis atqꝫ parietibꝰ
humidis et circa fontes naſciꝫ. alij tanqꝫ re/
corporatiuā decoctionē tardis etiā paſſiōibꝫ
laborātibꝫ dāt in potu. ſ. haneloſis. ſtomatic/
fluori ventrꝫ: ꝛ in difficultate mictꝰ. ¶ Deſic/
cat enī adiātos ꝛ extenuat. ideoqꝫ chyradiaſ
digerit. apoſtema ꝛ lapidē rūpit. Potꝰ ad hu
mores glutinoſos ac pingues de torace ad
pulmonem aſcendentes bene iuuat.

G ¶Reuma ventris conſtringit: medius enim eſt inter ca. ⁊ fri. temperantiā In dolori colli ſo. eius trita cū granis piperis ac ſemine coriandri cū optimo vino daꝛ ad bibendū intro eunti balneū. facit ⁊ ad capillos mulierū nutriendos: ſi decoquatur cum oleo.



## Capitulum. cclxxv.

PORrū latine. arabice curat. Sera. li. ag. ca. curat. Curat. i. porrū. Ex eo ē domeſticū: ⁊ ē hiſpanicū. ⁊ ex eo ē nabati. ⁊ ē montanū. ⁊ ex eo ē porrū vinee. ⁊ porrū agreſte. ⁊ mediū inter porrū ⁊ alliū. Et reperiꝛ virt⁹ hui⁹ inter ꝟtutē porri ⁊ allij. ſicut inuenies ſi leges ca. xiiij. alliū. Et ꝑper h̄ eſt magis deſiccatiuū ⁊ acutū ꝙ porrū domeſticū. ⁊ cetera cūcta agreſtia acriora ſunt domeſticis. Et medicine q̄ calefaciūt illa calefactione ſūt ī fine graduū. ⁊ ob hoc ē malū ſtomacho. ⁊ eſt acutū inciſiuū groſſoꝝ humoꝝ magis aperitiuū opilatoꝝ organoꝝ. ⁊ ei⁹ opatio eſt plus ꝙ domeſtici. Et ꝓpter hoc ꝓuocat vrinā ⁊ mēſtrua. ⁊ potiſſime qñ retinenꝛ ꝓpter humores frigidos groſſos. ⁊ hꝫ tm̄ de calefactione ꝙ vlceret qñ applicaꝛ corpi exteri⁹. Et nos iā dixim⁹ ꝙ oēs medicine q̄ calefaciunt illa calefactiōe ⁊ vlcerāt ſunt in fine graduū.

## Operationes

¶Sera. auc. Dyaſ. Porrū domeſticū incitat libidinē. ⁊ qñ miſceꝛ cū melle ⁊ fit inde lohoc ⁊ ꝯfert dolori pectoris ⁊ vlcerib⁹ pulmonis. ⁊ qñ comeduntꝛ etiā mūdificāt cannā pulmonis. ⁊ qñ qs aſſuefacit cibū eius: inducit obſcuritatē viſus. ⁊ ē malū ſtomacho. A
¶Et qñ aqua ei⁹ miſceꝛ cū mellicrato ⁊ exhibeꝛ: ꝯfert morſib⁹ venenoſis. Et qñ fit emplaſtrū cum porris ipis ⁊ poniꝛ ſupra locū morſus facit hoc. B
¶Et qñ miſceꝛ cū olibano ⁊ aceto et lacte ⁊ oleo roſato ⁊ diſtillaꝛ in aurē: ꝯfert dolori ei⁹ et tinnitui q̄ fit in ea. Et qñ fit emplaſtrū cū eis ⁊ ſumach: aufert verrucas. Et qñ fit emplaſtꝝ cum eis ⁊ ſale: mūdificat vlcera ſordida. C
¶Et qñ bibiꝛ ex ſemie porri ⁊ granis mirti. ana ʒ. ij. ſimul trit' abſc indūt ſpūtū ſanguinis antiquū a pectore. D
¶Et idē auc. Rufi. Porrū ꝓuocat mēſtrua ⁊ fet⁹: ⁊ aufert eructuatiōes acetoſas: ⁊ mollit ventrē. E
¶Et idē auto. Judei. Proprietas autē eſt ꝙ deſtruit dentes ⁊ gingiuas. F
¶Et idem auctori. Aben Meſuay. Nocet veſice ⁊ renib⁹ qñ in ipis vlcera. Et folia porri de ſeni ꝯferūt matrici ex ꝓprietate que eſt in eis. qm̄ eſt in eis humiditas q̄ facit lubricare fetum. ⁊ ſemen porri qñ fumigat ſex ea anus: deſiccat fiſtulas q̄ ſunt in eo. G
¶Sed porrū vinee eſt deterius ſtomacho. Et eſt calidius ⁊ magis ꝓuocat mēſtrua. ⁊ qñ comeditur confert morſui venenoſo. H
¶Paulus cap. de porro. Porrū aduſtum mixtum cum melle ⁊ iunctum curat ragadias ſeu ſciſſuras que fiunt in labijs.
¶Iſidorus. Porrus eſt olus cui⁹ duo ſunt genera. videlicet ſectilis ⁊ capitat⁹. I
¶Palladius libro. iiij In menſe februario cōuenit porrum ſerere. Quē ſi ſectilē velis poſt duos mēſes quā ſatus eſt poteris deſecare manentē in areis ſuis Sed capitatū rari⁹ ſeres.
¶Idē in li. vi. In menſe mayo planta porri trāſferꝛ: vt rigationib⁹ animetur. K
¶Idem in libro. xi. In octobri menſe porrū verno ſatum cōuenit trāſferre vt creſcat ī capite. Sane ſarculis aſſidue circūfodiatur. Sed cōprehenſa porri planta velut tenacibus allicietur: vt inanitas ſpacij que ſuberit radicib⁹ incremēto capitis ſupplicatur. L
¶Iſaac. Porrus calidus eſt ⁊ ſicc⁹ in tertio gradu. quod certificat eius ponticitas. Unde ſanguinē e narib⁹ manantē conſtringit. Sed ſ̄m cibum illaudabilis ē. Nocet enī ſtomacho: faciens inflationem ⁊ ventoſitatē. M
¶Ypocrates. Porrus calefacit ac deſiccat nimis epar: ⁊ ſplenā aperit vel curat: ſoluens quecꝫ ꝯſtipata in eis. A horace N

pulmonem purgat. Ad auriũ quoqꝫ dolorez diuturnũ facit: ac ꝑ nares ictericos purgat. ¶ Macer. In multis cauſis vſus medicamine porri. Dicit̃ Hypocras medicine maxim⁹ autor. Ipſius ſuccum ſolũ dedit ipſe bibendum. Egrotis q̃ reijciunt ſpumãt ve cruorẽ. Quos emoptoicos ſoliti ſunt dicere greci. Cũ galla dant hunc allij thuriue farina. Aut geminis dragmis porroꝝ ſeminis vnã ...



## Capitulum.cclxxvi.

PRoſerpina grece. arabi. harſiarbay. latine lingua paſſerina: ⁊ i lingua pſica dicit̃ perſoidami. Sera. libro aggregatoris cap̃. Harſiarbay. aucto. Dyaſcoridis. Harſiarbay: id eſt proſerpinata. eſt enĩ maſculus ⁊ femina. Maſculus eſt herba que naſcitur omni anno. Hec habet ramos ſeu virgas rectas: molles: ſubtiles: nodoſas. et diſtenditur ſuꝑ faciẽ terre ſicut gramen. Et folia habꝫ ſi'lia folijs rute. niſi qꝛ ſunt molliora ⁊ longiora. Et habet iuxta vnũquodqꝫ folium ſemen. ⁊ ꝑpter hoc dicit̃ maſculus: ⁊ hꝫ florem album ⁊ rubeũ. Sed femina hꝫ plantam parvã ⁊ virgam vnicam tam teneram ſimilem canne. et habet nodos ſimiles nodis q̃ ſunt in radice canne. ⁊ in nodis ip̃is ſunt folia egredientia ab ip̃a virga ſimilia folijs pini. ⁊ habet radicem in qua nullũ eſt iuuamentum. naſcitur iuxta aquas. Hec latine vocat̃ cauda vulpis: que eſt virga ſine burſa paſtoris: ſicut apparet in capitulo Poligonia. ¶ Galien⁹. viij. ſimpliciũ farmacoꝝ. Proſerpinata habꝫ q̇d ſtipticitatis. Dominat̃ vero in eo aquoſa humiditas vt in ſecũdo gradu ex infrigidantibꝫ farmacijs. vel in tertio ſ̃m principiũ. ¶ Dyaſcorides. Proſerpinata herba eſt q̃ habꝫ ꝟgulas teneras ⁊ molles ⁊ multas nodoſas ⁊ ſpanſas ſuꝑ terrã ſicut agreſtis vnde ⁊ policarpos dicta eſt. Folia habet rute ſimilia: ſunt ⁊ oblonga ⁊ mollia. ⁊ ſemen in folijs ſingulis. vnde ⁊ maſculus dicta ẽ. flos eſt illi albus aut feniceus. Virtutẽ habet frigidaꝫ ⁊ ſtipticã. Proſerpinata femina frutex eſt vnus. virgam habet cannoſam ⁊ mollem. ſpiſſam ⁊ nodoſam: in q̇bus nodis folia ſunt pini ſimilia. Radix eſt illi inutilis. Naſcitur locis humidis. Virt⁹ eſt illi ſtiptica. Et hec latine vocatur Cauda vulpis.

### Operationes

¶ Galienus. Iuuat itaqꝫ exuſtos ſtomacho exterius applicata ſic heriſipilata ⁊ calidos flegmones: ſeu etiam talia exiſtentia repcutit reumata. ⁊ exinde vero ſiccatiuũ exiſtere: ꝑpter quod herpetum bonũ eſt farmacum et vlcerum ⁊ alioꝝ, euidentiſſimũ vero flegmonoſorum reumatorũ. ¶ Eſt autem ⁊ ſanguinoſorum vulnerũ cõſolidatiuum. Iuuat vero ad vlcera que in auribꝫ: ⁊ ſi plus in eis ſufficiẽs fuerit id ſiccat. propter eaſdeꝫ vero virtutes: ⁊ fluxum muliebrem ſiſtit. Et diſſinteriã ⁊ ſanguinis eductiones ⁊ quẽcunqꝫ immoderate aliunde cauſatum. ¶ Ait anteꝫ Dyaſcorides ⁊ vrinas prouocare ſtranguriantibꝫ datum. nõ tamen diſtinguit diligenter diſpoſitioneꝫ in qua oportet dare. ¶ Dyaſcorides. Succ⁹ eius bibitus emoptoicis medicat̃. ventris abſtinet reumatiſmũ. Colicis ⁊ ſtranguirioſis opitulatur. vrinam prouocat. morſibꝫ venenatis cum vino bibitus medicatur. ¶ Cũ vino coctus ⁊ melle vulnera noua curat. periodicis febribꝫ ante vnam horam acceptus maxime prodeſt ſuppoſitum. ¶ Fluxũ mulieris ſtringit. Dolorez aurium cõpeſcit. Sanguinem reijcientibꝫ ſubuenit. Herpetas curat ⁊ fiſtulas. Ignem ſacrum extinguit. Tumores ⁊ duricies impoſitũ ſpargit. Recẽtibꝫ vulneribꝫ maxime prodeſt. Proſerpinata femina omnia ſimiliter facere poteſt: q̃uis virtutem minorem habeat.

## Capitulum.cclxxvii.



Pulmonaria. Pãdecta. Pulmonaria herba ē ſatꝭ minuta: ⁊ mollia hñs folia: ⁊ q̃ſi formã pulmonis: in locꝭ humidis naſcēs. quã quidã pepanũ vocant.

## Operationes

A ¶ Ad oĩa vitia pulmõis ꝯfert bibitũ ⁊ emplaſtratũ. ¶ Elixatura eiꝰ cum vino cõfert peripleumoniaticꝭ ⁊ aſmaticꝭ. ¶ Coctus ex ſaq̃ cũ oleo aceto ⁊ melle iocundiſſime ſumitur. B C

¶ Confert tuſſientibꝫ ⁊ ad pectus fluxibꝫ. D



## Capitulum. cclxxviij.

nit ſincopi qñ bibitur ex ea hauſtus aliq̄s.
C ¶ Et idem auctori. Humay. Roſa fortificat
membra intrinſeca. Et ſtipticitas eius pene
D trat ꝓpter amaritudinē q̄ eſt in ea. ¶ Et idē au
cto. Aben meſuay. Odoratio roſe ꝯuenit co
lericis ⁊ habētibꝫ calorē:⁊ capitꝫ dolorē a co
lera. Et ꝓhibet fumoſitates colericas acu-
tas.⁊ ꝯuenit dolori acuto.⁊ mouet ſternutati
onē habēti cerebrũ cal᷑. Et quādo conficiṫ cũ
melle aut cum zuccaro abſtergit qđ eſt in ſto
macho ex humoribus flegmaticis.
E ¶ Et idem aucto. Raſis. Expert⁹ eſt q̄dā ex
amicis meis q̄ accepit ex folijs roſaꝝ recen-
tibꝫ ⁊ zuccaro:⁊ fecerũt cũ aſellare decē vici-
bus.hoc facit ſuccus ei⁹.veꝝ ſicca nō eſt la-
xatiua.⁊ hoc ſignificaṫ ex eo ꝙ virt⁹ eius eſt
amara ꝙ abſtergit. Et qñ roſa deſiccaṫ fit ſti
ptica.qꝛ ſeparatur ab ea amaritudo. Et ſicci
tas quidē in roſa eſt pauca:qꝛ ipa eſt cōpoſi-
ta ex ſtipticitate ⁊ amaritudine.vnde abſcin
dit libidinē:⁊ laxat laxatione forti.
F ¶ Johānes Meſue cap̄.de roſa. Roſa eſt ex
medicinis benedictis in qua eſt virt⁹ ꝯforta-
tionē faciens et ſolutionē ⁊ male qualitatis
ꝑmutationem. Et eſt ex ea rubea ⁊ alba.⁊ eſt
de vtriuſqꝫ multorum foliorum ⁊ denſorum ⁊
criſporum.et alia paucorum et planorum.et
melior eſt rubea vere rubedinis paucoꝝ fo
liorum et planorum.⁊ ex albis eſt melior ha-
bens ſimiliter. Et melior ſuccus eſt cui⁹ ma-
ter eſt roſa cōpleta.ſicca vero melior eſt in q̄
nōdũ cecidit cōplexio. Eſt frigida ĩ p̄io gra-
du:ſicca in ſecũdo. Diuerſarũ autē naturarũ
ſubſtantie compoſuerũt roſam.inter q̄s po-
teſt cadere ſeparatio diſtinguens. Componi
tur enim ex partibꝫ terreis ⁊ aqueis medio-
cribus dantibꝫ ei ſtipticitatē ⁊ ſubſtantiam.
Et ex partibꝫ aereis ꝓpter q̄s eſt in ea de dul
cedine aliquid et aromaticitas. Et ex parti-
bus igneis ſubtilibꝫ a quibus cōſiſtit perfe-
ctio ⁊ ſpecies dantibꝫ ei amaritudinē.ꝓpter
qđ in abſciſione amaritudinis ipi⁹ q̄ remoue
tur ꝓpter ſolā exſiccationē eius non reſoluiṫ
ſpecies. In abſciſiōe rubedinis nō eſt pl⁹ ro
ſa q̄ homo mortuus.amaritudo autē in ea q̄
recens eſt plus eſt ſtipticitate ipſi⁹. Et prima
eius operatio eſt ꝓpter amaritudinem ſuā.ꝓ
pter quod roſa recens et eius proprie ſuccus
ſoluit. Cum autē reſoluitur caliditas dans
ei amaritudinem ꝓpter exſiccationem ei⁹ no
minatur ſubſtantia eius ſtiptica faciens con
ſtipationem. Eſt autem ſuccus eius calidus
fere ad primũ gradum.ꝓpter excluſionē eius
a re terreſtri ⁊ frigida
¶ Johānes Meſue. Eſt autez roſa ſolutiua G
exiſtens extinctiua inflāmationũ.confortati
ua membrorũ.coadunatiua partium ⁊ cōſtri
ctiua.⁊ ſemen eius in hoc eſt fortius.⁊ ſimili
ter pili eius qui ſunt ĩ medio ipſius.⁊ ſuccus
eius eſt reſoluens. Et ſicca quidem magꝭ fri
gida ⁊ ſtiptica.et que non eſt completa frigi-
dior ⁊ ſtipticior.et alba ĩ frigiditate ⁊ ſtiptici-
tate plus eſt q̄ rubea.nō eſt in ea malicia.ſed
eſt ex debiliter ſoluentibꝫ:vigorat tamē ope-
rationem eius aqua caſei.
¶ Si enim ſucci roſarum. ℥.i. miſceatur cũ H
aqua caſei et pauca ſpica eſt ſolutiuum cōue
niens.⁊ ſimiliter infuſio. ℥.vi.foliorum roſa-
rum in aqua caſei cum pauco melle ſoluit ſi-
ne moleſtia. Et ſyrupus factus ex ſucco ei⁹
eſt leuis ſolutionis. Et ſimiliter ponitur ole-
um eius in emendatione medicinarum acu-
tarum:ſicut eſt ſcamonea ⁊ ſimilia.
¶ Roſe autem condite cum melle abſtergũt I
⁊ mundificant ⁊ confortant. Et condite cum
zuccaro minoris ſunt abſterſionis ⁊ maioris
confortationis ⁊ ſtipticitatis:⁊ aqua eorum
que fit per infuſionem mundificat ⁊ confor-
tat abſtergit et reſoluit.

K ¶ Aq̄ ꝗ̄ fit ꝑ ſublimationem eſt multe ꝯfortationis.neqꝫ eſt reſolutiua ꝓpter reſolutionem ſubtilis caliditatis eiꝰ in decoctiōe ipſiꝰ.ꝑ albas vero nō fit ſolutio aliq̄ de q̄ ſit curandū. ⁊ eſt in eis de ſtipticitate pluſq̄ȝ in ru.neqꝫ ſūt ſimiles eis in ꝯfortatione.et cito ꝙ roſe non ſubſtinēt decoctione aliq̄d oīno:⁊ ꝓprie recētes.ſoluit̄ enī ab eis virtꝰ:ſigillans abſterſionē eiꝰ ⁊ ſolutionē.⁊ declarat̄ virtꝰ eiꝰ ſtiptica faciens ꝯſtrictionē. Succus ꝟo eiꝰ ſubſtinet decoctionem aliq̄d mediocriter: ⁊ acq̄rit

L ei ſubtilitatē ⁊ bonitatē abſterſionis. ¶ Oleum q̄ȝ factū ex roſa:nōdū cōpletū eſt maioris infrigidatiōis ⁊ ſtipticitatis.cuiꝰ meliꝰ fundamentū eſt oleum oliuarū medioꝝ in matu

M ritate aut ſiſaminū. ¶ Acetum autem infuſionis eius eſt medicina bona omniū inflāmationū.⁊ eſt diuiſiuū ſolutione ꝯfortatiuū.

N ¶ Succus eiꝰ ex aqua infuſiōis recentium cōpletaꝝ ſolutione educit colerā: mūdificat ſanguinem ab ea ⁊ venas ⁊ articulos.

O ¶ Et conuenit yctericie:⁊ aperit opilatōnes epatis et ſtomachi:et mundificat ⁊ confortat ea:et cōfortat cor:et cōuenit tremori eius:et educit materiam cauſantem eam ⁊ febribus colericis. Roſa vero ⁊ oleum eius ⁊ aq̄ ipſiꝰ facta per ſublimationem cōfortat cor ſtomachum et epar:et coadunat partes laxas mēbrorum.et cōfortat retentionem:et ſedat dolores calidos mira ſedatione.⁊ extinguit ac ꝑmutat malicias inflāmationum:perimit et ſedat eas. Et ſunt ex medicinis facientibus dormire.faciūt tamen coriȝam ⁊ ſternutationem:et obſunt catarris:et ſtringūt guttur et confortāt ea:⁊ auferunt crapulas. Doſis potio ſucci roſarum eſt ab. ℥.i.vſqꝫ ad.ij.cū zuccaro. Et potio ſyrup̄.facti ex ſucco earuȝ eſt ℥.ij.vſqꝫ.v.

P ¶ Auicenna libro de viribus cordis dicit ꝙ confortat cor.

Q ¶ Palladius libro.iij.in mēſe februario roſaria cōſerenda ſunt que ſulco breuiſſimo:aut ſcrobibus ponēda ſūt:vel virgultis vel etiaȝ ſemine. Semina aūt roſaꝝ nō putemꝰ medios floſculos eſſe aurei coloris quos roſe ferūt:ſed baccis nutriūt:quas in breuiſſimi piri ad ſilitudinē plenas ſeminibꝫ ſuis poſt vindemiam reddunt.maturas ex colore fuſco et molliciei poterimꝰ eſtimare. Si qua etiā ſūt antiqua roſaria hoc tꝑe circūfodiūtur:⁊ ſarculis vel dolabris aridas vniuerſa reciditur Tunc que rara ſunt:poſſunt ducta virgaruȝ ꝓpagine reparari. Si roſam ipſiꝰ habere volueris duabus palmis ab ea gyrum fodies, ⁊ aqua calida bis rigabis in die,

¶ Idem Palladi. Roſa frigida eſt ⁊ in primo gradu.ſicca in ſecūdo. Et viridis ⁊ ſicca cōpetit vſui medicine. Quidaȝ colligūt ea poſt maturitatem:ſed nō tamdiu ſeruat̄. Debent autem colligi cum nō habēt folia omnino expanſa.⁊ tamē aliquātulū iam rubea. Collecte autem ad ſolē aliquātulū deſiccari poſſunt ⁊ ꝑ triennium ſeruari. ¶ Macer. Dici flos florum nobis roſa iure videtur. Quō ſpeciei cunctos precedat odoreqꝫ flores. Nō tamen hec ſpecie tm̄ nec odore iuuare. Nos valet hac varijs nos adiuuat illa fidelis. Eiꝰ ſicca gradu vis eſt ⁊ frigida primo ⁊c̄,



## Capitulum.cccxcix.

Atera vl' Antera. Paulꝰ ca.antera. Antera eſt id qđ in medio ipſiꝰ roſe naſcit̄ aurei coloris:⁊ a ſpecie floris dicta eſt. Uſui etiā medicine cōpetūt.

### Operationes

¶ Plinius. Capita roſarum pota ventrem et ſanguinem ſiſtūt. Item. Ungues roſe ſalubres epyforis ſunt. Ulcera enī oculoruȝ roſa ꝑterq̄ȝ initijs ſordeſcunt. Item antera diſſintericis magnum preſidium eſt.

## Capitulum.cccc.





R Oſtrum porcinum. Pandecta:cap̄. ccccccx. Roſtrum porcinū herba eſt longitudinis vniꝰ digiti ⁊ eiuſdē la/teris pandens ſe ſup terram amplectens eā: cuius folia ex vtroqꝫ latere ſunt inciſa inciſu ris magnis.⁊ in eiꝰ medio leuatur ſtipꝰ par/uus:in cuius ſtipite fit quedaꝫ lanugo rotū/da ſicut pila.ſicut facit herba ſemiſion. que cum tangitur diſſoluitur.

## Operationes.

¶Confert opilatis. Roſtrum coruinum her ba eſt quam plures dicunt conſolide ſpeciē. Sed falſo imo eſt herba vtcunqꝫ piloſa ha/bens quaſi odorem boraginis:⁊ virtutem cō ſolidatiuam in virtute ſicut precedens.

## Capitulum.ccccj.

R Uta latine ⁊ grece. Arabice vero ra deb vel alſelep. Sera.li.aggre.ca.ra deb aucto. Hyaſ. Radeb.i.ruta. Et eſt de ea domeſtica ⁊ ſilueſtrꝭ.ſed ſilueſtrꝭ eſt magꝭ calida q̄ꝫ domeſtica ⁊ magꝭ acuta.que eſcis eſt nō bona:ſed domeſtica:⁊ maxīe illa que orit̄ circa arborē ficus:vel circa cucume res eſt conueniens cibꝫ. Et aliud genus rute ſilueſtris que naſcitur in macedonia ⁊ in gal licia aſye quā mollicines appellāt. Et aliqui armolam eā vocant.frutex eſt vna radix vir gas multas habens folia latiora plus q̄ꝫ do/meſtica ſed mollia odorē grauem hn̄tia ⁊ flo rem albū ⁊ capita maiora q̄ꝫ domeſtica. et in tribꝫ partibꝫ diuiſa.huiꝰ ſemē obruſum et tri gonū guſtu amarū eſt. Hec in antiq̄ tp̄e colli gitur. Iſidorus libro ethimo. Ruta dicta eſt eo ꝙ ſit feruētiſſima.cuiꝰ altera agreſtꝭ atqꝫ virtute acrior:ſed vtraqꝫ feruētiſſima cōpro bat̄.hanc venenis repugnare muſtele docēt que dum cū ſerpente dimicauerint cibo eiꝰ armant̄. Iſaac. Ruta ſilueſtris calida ⁊ ſicca in quarto gradu.domeſtica vero in tertio.q̄ melior eſt ad digerēdū.qꝛ virtutē habet inci/dendi.⁊ groſſos humores ⁊ viſcoſos extenu andi. Platearius. Eſt ruta domeſtica ⁊ ſilue ſtris que piganum dicit̄. Huiꝰ folia et ſemi/na competunt vſui medicine. Uirtutem ha/bent diureticā:diſſoluēdi ⁊ cōſumendi. Hy/pocras. Ruta calida ⁊ ſicca in tertio gradu. Palladiꝰ de agricultura libro quarto. Men ſe Marcio ruta ſerit̄ locis apricis.ſolius ci/neris inſperſione contenta.loca deſiderat al tiora.vnde humor eius elabitur.ſi ponas eiꝰ ſemina adhuc clauſa folliculis ſigillatim debebis manu afficere.ſi iam minuta ſunt

ſparſa iactabis.⁊ raſtro obducta cooperies
Cauleſ eius q̄ incluſis ſeminib⁹ nati fuerint
fortiores erūt: ſ; ſero naſcent̄. Ramula ei⁹ cū
aliqua cortic; parte cōuulſiverno tp̄e p plan-
tis tenebūt: tota ꝟo trāſlata morietur. Nōnul-
le ramulos ei⁹ ꝑtuſe fabe inſerūt vel bulbo
atq; illa obruunt alieno vigore ſeruandos..
Sub fici arbor; vmbra libēti⁹ acq̄eſcit. Nō
effodit herbas ſ; optat auelli. Immūde mu-
lieris formidat attactū. ¶ Pli.li.xix. Ruta
ſerit̄ fauonio ⁊ ab autūni eq̄noxio. odit hye-
mē ⁊ humorē ac fimū. apricis gaudet ac ſicc;
terráq; q̄ maxime latericea. Cinere nutriri
vult. hic ⁊ ſemini miſcetur vt careat erucis.

## Operationes

A ¶ Sal. vij. ſim. far. ca. moli. i. ruta. q̄daꝫ hmōi
rutā ſilueſtrē noīant. q̄dā aūt armolā. Uirt⁹
aūt eius ſubtilis eſt ⁊ ca. ī in. iiij. gradū. vnde
⁊ incidit groſſos humores: ⁊ dyaforat: et ad
B vrinationē ꝓuocat. ¶ Et idē. viij. ſim. far. ca.
pigamū. Pigamū. i. ruta. Silueſtr; quidē ex
q̄rto ē gradu calefacientiū ⁊ ſiccantiū. dome-
ſtica ꝟo ex tertio. Eſt aūt nō ſolū acris guſtu
ſed etiā amara q̄ incidere ⁊ dyaforare h; groſ-
ſos ⁊ viſcoſos humores. ꝓpter eandē aūt vir-
tutē ⁊ p vrinas euacuat. q̄nūno et ſubtilium
C partiū eſt ⁊ ventoſitat; deſtructiua. ¶ Et id-
circo ad ſputatiōes ꝯuenit: ⁊ anioſitas q̄ ad
venerea ꝑtinent. ⁊ dyaforat ⁊ ſiccat modera-
te. eſt eni de fortiter deſiccantib⁹ farmacis.
Sera. auc. Dyaſ. Ruta eſt de reb⁹ magis cō-
D ferentib⁹ inflatiōib⁹ ⁊ ventoſitatib⁹. ¶ Et ipſa
extinguit libidinē coitus. Unde domeſtica
⁊ ſilueſtris ſūt ambe calefactiue: aduſtiue: ꝓ-
uocatiue vrine ⁊ menſtruoꝝ. ⁊ q̄n comeditur
ruta aut bibitur ſtringit ventrē: et q̄n ſumit̄
in potu ex ſemine. cuiuſcūq; q̄ntitas vnius
caluſ cum vino eſt medicamen cōferens mul-
E tum medicinis mortifer;. ¶ Et q̄n comedunt̄
folia eius ſola aut cū ficub⁹ ſiccis et nucib⁹:
auferunt nocumenta medicinarum mortife-
F rarum. ¶ Et eſt vltima medicina cōtra mali-
ciam venenoꝝ: q̄n adminiſtrat̄ ſicut diximus
(⁊ preſertim ꝯtra peſtilentiā) Et q̄n comedit̄
⁊ bibitur ruta ſemper abſcindit ſperma. ⁊ q̄n
coquit̄ cū aneto ſicco ⁊ ſumit̄: ſedat torſiōes.
⁊ q̄n adminiſtrat̄ in hunc modū cōfert dolo-
ri lateris ⁊ dolori pectoris ⁊ aſmati ⁊ tuſſi et
apoſtemati pulmonis: ⁊ ſciatice ⁊ dolori iun-
G cturaꝝ ⁊ rigorib⁹. ¶ Et q̄n coquitur in oleo ⁊
ponit̄ in criſterib⁹ cōfert inflationi matric;: ⁊
inflationib⁹ inteſtinoꝝ: ⁊ dolorib⁹ recti inte-
ſtini. Et q̄n terit̄ ⁊ cōficit̄ cum melle ⁊ linitur
ſupra collū matricis cōfert dolori ei⁹ ⁊ ſuffo-
cationi matricis. ¶ Et q̄n coquit̄ in oleo ⁊ bi-
bitur: occidit ⁊ expellit lumbricos: ⁊ cōficit̄
cum melle ⁊ fit emplaſtrū dolori iuncturarū
⁊ dolori ⁊ ꝯcuſſione. ⁊ fit emplaſtrū cum ea et
ficubus hydropiſi carnoſe. ¶ Et q̄n coquitur
cum vino vſq; ad ꝯſumptionē medietatis vi-
ni ⁊ bibitur: confert ſpeciei humide hydropi-
ſis. ⁊ quando comeditur ſola ſiue eſt aut ſal-
lita acuit viſum. Et quādo fit emplaſtrū cū
ea cum ſauich ſuper oculum: ſedat dolorem
eius. ¶ Et quando teritur ⁊ miſcetur cum ace-
to ⁊ oleo roſarū ⁊ fit linitio cum eo: ſedat do-
lorem capitis. ⁊ quādo intromittit̄ in narib⁹
ipa aut ſuccus ei⁹ abſcindit fluxum ſangui-
nis ab eis. ¶ Et quando admiſcetur cum ni-
tro ⁊ fricatur inde morfea alba: confert eam.
⁊ quādo fit emplaſtrū cum ea cū melle ⁊ albu-
mine ſup̲ empetiginē confert ei. ¶ Et quādo
ſuccus rute calefit in cortice granati ⁊ diſtil-
latur in aurem: confert dolori eius: et miſcet̄
cum ſucco feniculi ⁊ melle: ⁊ fit collirium cū
eo: et cōfert dolori viſus. ¶ Et quādo miſcet̄
cum aceto ⁊ oleo roſarū: ⁊ cōficitur cū ceru-
ſa: ⁊ fit linimentū cum ea: confert heriſipile ⁊
formice: ⁊ vlceribus capitis humidis. ⁊ ruta
quādo maſticat̄ poſt comeſtionē ceparum et
aliorum aufert fetorem illorum. ¶ Sera. Ru-
tam venenis reſiſtere muſtele docent: que q̄n
cum ſerpentib⁹ dimicature ſunt: cibo eius ar-
mantur. Docuit etiā rex ponticus: qui cum
fratris ſui timeret inſidias. rute folia cū dua-
bus nucib⁹ ⁊ totidē caricis admixto ſale ie-
iunus acceperat: ⁊ ſecure cū eo agebat. Agre-
ſtis ſi ſumatur nimis de ipa occidit. ¶ Et q̄n
ipa colligitur maxime cum ceperit apparere
flos. ſi carnē tetigerit: vlcerat et facit inflare
cū prurit u. quare oportet q̄ vult eā colligere:
q̄ vngat man⁹ ⁊ faciē cū oleo roſarū: et exti-
mauerūt quidā q̄ ſi ſuccus ei⁹ aſp̲gatur ſup̲
pullos gallinarū: non comedit eos miluus.
et putant quidam q̄ illa que naſcitur in ma-
cedonia prope fluuium q̄ dicit̄ archimon. q̄n
comeditur occidit. ⁊ loca in quibus naſcitur
ſunt loca ſerpentum plena.
¶ Sed ſemen ei⁹ q̄n bibitur cōfert dolorib⁹
intrinſecis. et ipm ingredit̄ in confectionib⁹
medicinarum: ⁊ eſt iuuatiuum.
¶ Et idem auctoritate Ruffi. Ruta domeſti-
ca eſt medicina maxia iuuatiua inteſtinis in-
teriorib⁹: confert viſui. ⁊ gummi ei⁹ ē ca. ī fine
tertij gra. ſic. in. iij. Curat vlcera oculi quan-
do puluerizatur ſup̲ ea. ⁊ confert ſcrofulis q̄
fiunt in gutture et ſub aſcellis.

## Capitulum. cccc.ij.



Rubus. Pandecta capi. dclxi. ſulac
arabice. grece batus. latine vero ru-
bus. Et ſulac eſt quedã egritudo: vt
dicit Plinius. ¶ Serapion libro aggregato
ris capitulo ſulac ſiue ſuleit. auctoritate Ga
lieni: id eſt rubus omnibꝫ eſt notus. folia eiꝰ
⁊ ſummitates recentes ſunt compoſita ĩ ſub
ſtantia ſua ex ſuba terrea frigida ⁊ aquea te-
pida. ⁊ ſapoꝛ eiꝰ eſt ſtipticus. ⁊ virtus eius in
frigidat ⁊ deſiccat. ⁊ ſcdã cõglutinat.

## Operationes.

¶ Galienꝰ ſexto ſimpliciũ farmacoꝝ capitu-
lo batus. ſcḋm tranſlationẽ grecaꝫ. Batus: id
eſt rubus. folia q̇dẽ ⁊ cime necnõ flos ⁊ fructꝰ
ſtiptica participãt q̃litate manifeſte. In hoc
tñ ad inuicẽ differũt. Nam folia quidẽ ⁊ p̃ſer
tim mollia ⁊ noua plurimũ participantia a-
quoſitate modicũ ſunt ſtiptica ſcḋm eaꝫ ratio-
nem ⁊ ſũmitates. Unde maſticata curãt al-
cola ⁊ cetera q̃ in oꝛe vlcera ſanant. ⁊ alia vul
nera ſolidare poteſt. Eſt enĩ eoꝝ cõplexio ex
terreſtri ⁊ frigida ſubſtãtia et aquoſa tepida.
Fructus vero quãdo fit maturꝰ particepſ eſt
moderate caliditatis. ſapoꝛis cum ſit vt oſtẽ
dimus dulcis. quare ꝑpter hoc necnõ ꝑpter
moderatam ſtipticitatẽ comeſtibilis non eſt
moleſtus. Immaturus autẽ a frigiditate ter

reſtri ſuperaẗ ſubſtãtia. ⁊ ideo ſtipticus eſt et
ſiccatiuus fortiter et vterqꝫ deſiccaẗ. ⁊ repo-
nitur deſiccatiuioꝛ exiſtẽs recente. ſed ⁊ flos
eiuſdeꝫ eſt virtutis cũ fructu ad diſſinterias.
ventris q̄ꝫ fluxus necnõ ad ſputũ ſanguinis
idoneũ farmacũ. radix aũt cũ eo ꝙ ſtipticat:
⁊ nõ pauca ſubtiliũ partiũ ſubſtãtia partici-
pat. quãobrem et lapides q̇ ſunt in renibꝫ frã-
git. ¶ Et Sera. aucto. Dyaſcoridis. Uirtus B
eius eſt que curat alcola ⁊ vlcera oꝛis quãdo
maſticatur. ⁊ curat alia vulnera. ¶ Et deco- C
ctio eius tingit capillos. Sed ſapoꝛ eiꝰ fru-
ctus eſt dulcis. ⁊ eſt humidus ⁊ calidus. ⁊ im
maturus eſt frigidus terreus. ⁊ ſapoꝛ eiꝰ pon
ticus. ⁊ deſiccat deſiccatione foꝛti. ſed floris
eius eſt ſicut virtus fructꝰ. ¶ Et cõfert vlce- D
ribꝫ inteſtinoꝝ et fluxui ventris. ⁊ debilitati
inteſtinoꝝ ani. ſed radicꝫ eiꝰ eſt ſubſtãtia ſub
tilis. ⁊ ſapoꝛ eius eſt ſtipticus. ⁊ ideo frangit
lapidem renũ. ⁊ quãdo fit emplaſtrũ cũ folijs
eius: curat vlcera humida capitꝫ. ¶ Sed ru- E
bus canis q̇ grece diciẗ Cinoſbatus nocet
decoctio eiꝰ fructus canne pulmonis. ⁊ ſtrin
git fluxum menſtruoꝝ. Et radix eiꝰ eſt calidi
oꝛ ip̃o. de qua ſi fiat emplaſtrum extrahit ſpi
nas ⁊ alia infixa coꝛpoꝛi. ¶ Et qñ fit empla- F
ſtrũ cũ folijs ſuis recentibꝫ ꝓhibet apoſtema
ta. ¶ Et idẽ aucto. Galieni. Fructus huius G
plante eſt ſtipticus ſtipticitate foꝛti. et folia
eius habẽt ſtipticitatẽ paucã. ⁊ opoꝛtet ꝙ ca
ueatur ab eo qḋ intra fructũ eſt ſimile bombi
cino: q2 nocet multum canne pulmonis. hãc
ſpeciẽ inuenies ſi leges Cinoſbatũ. ⁊ eſt ca-
pitulũ. cxxvi. ſupra de C. ¶ Dyaſcorides ca- H
pitulo batus eſt oĩbꝫ notus. Uirtꝰ eſt illi ſti-
pticus ⁊ ferantica. Elixatura eiꝰ capillos in
ficit. Uentrẽ abſtinet. Fluxũ matricꝫ mulie-
rũ ſtringit. Moꝛſibꝫ venenatꝫ occurrit. Tu-
tas gingiuas a putredine ſeruat. Tumoꝛes
oꝛis cõpeſcit. maxime ſi folia eiꝰ cum aceto
maſticata fuerint. Herpetes mũdãt. acoꝛas
capitꝫ purgant. Tumoꝛes oculoꝝ ⁊ cõdilo
mata ſoluit. emoꝛroidibꝫ ſubuenit ſuppoſita.
ſtomachis impoſita medicaẗ. cardiacis opi
tulaẗ. ¶ Succꝰ huiꝰ herbe ⁊ haſtaꝝ ſole ſic- I
catꝰ oĩa facere nouit. Succus eius ſeminis
maturi oĩbꝫ cauſis oꝛis vtiliter adhibetur.
Uentrẽ abſtiet comeſtꝰ: ſꝫ nõ maturꝰ. Flos
eiꝰ cũ vino bibitꝰ ciliacꝫ ⁊ diſſintericꝫ ꝓdeſt.
Flos eius albꝫ: ⁊ eſt caniculari oꝛtu vigens.
Ipſe quoqꝫ potui datꝰ cũ vino humoꝛis fluo
rem cohibet. ¶ Illinitꝰ cũ melle oculoꝝ lip-
pitudinẽ medeẗ atqꝫ igni aceto. Huiꝰ ꝰ folia K
⁊ floꝛes ⁊ moꝛa leuiter ſtrigũt. vnde ad vuluã
⁊ fauces ꝓprie videnẗ facere: ꝗuis omne pro

L fluum idonee ſtringant.¶ Folia eius et cime
maſticata alcola ꝛ alia vlcera curāt in oꝛe. Et
plagas glutinant. moꝛa eius matura habent
in ſe mediocriter caloꝛem. Immatura vero
ſunt frigida: ꝛ terreſtrem retinet in ſe ſubſtan
D tiam. Unde nimis deſiccant. ¶ Item puluis
ex eo factus ſicut eſt de floꝛe eius plus deſic-
cat recentioꝛibꝫ: facit nanqꝫ ad diſſintericos.
ꝛ ad om̄e reuma vētris: ꝛ ad defectionē ſan-
guinē expuētibꝫ. Hic puluis dat᷒ vtiliſſimū
R eſt medicamē. ¶ Radix aūt eius ſtiptica ꝛ le-
ptomeris eſt. ꝛ ideo nefreticis data lapides rū
O pit. ¶ Species bati ſūt due. Una cōmunis
que dicta eſt ꝛ q̄ oībꝫ nota eſt. Altera q̄ appel
lat̄ ydea ſiue cinoſbat᷒ que eſt ruboſitatis ma
ioꝛis ſupꝛadicta. Et eſt virtutis conſtrictiue.
Eius nanqꝫ mollia germina ſiue tyrſi contu
ſa ꝛ expꝛeſſa ſuccum dimittūt. qui ſub ſole re-
lictus coquit̄ vſqꝫ ad groſſiciem mellis: ꝛ da-
P tur ad ea que ſupꝛa. ¶ Succus eius cū vino
ꝛ melle ſupꝛapoſitus ſuperioꝛibꝫ ꝓdeſt. Mo
ra cū vino ſumpta ſapientiā nutrit: vt ab anti
quis dicit̄. leges eam menſe Junij ꝛ Julij cū
melle ꝛ pane cōtrita apoſtemata mirifice rū-
pit: ꝛ vlcera fraudulenta curat.



Capitulum. cccciij.

Rubea tinctoꝝ. Iſidoꝛus. Rubea di-
co ꝙ rubꝛa ſit radix ei᷒. vnde ꝛ lanas
coloꝛare ꝓhibet. ¶ Dyaſcoꝛides. Ru
bea quā alij eritrodanū. latini vero rubeā di-
cunt. Herba eſt oībꝫ nota. Species ei᷒ due
ſunt. Una videlicet agreſtis. Alia vero q̄ vo
cat̄ ſarchos: ramulos ſiue tirſos hn̄s tenu-
es ꝛ q̄ſi nodoſos: folia ꝑ interualla diſtātia:
ac ꝑ ſingulas cōnodationes veluti ſtellarū
imaginem mittentia. Fructus vel ſemen ei᷒
rotundū viride: ꝛ hinc rubꝛū aut circa matu-
ritatem nigrū. Radicem habet paruā tenueꝫ
puſillam rubicundā. ¶ Plini᷒ cap. Eritbꝛon
quā alij eritrodanū vocant. nos vero rubeā
qua tingunt̄ lane ꝛ pelles ꝛ cetera. Grec᷒ ve-
ro eritrodanuꝫ dicit. Nam eritbꝛos rubeus
cochinos feniceus rubicundus. exponit̄ de
rubea ꝛc̄. ¶ Pandecta capitulo. ccxlviij. Eri-
trodanum vel eutradoꝛon vel erithꝛon vl' eri
trodanon grece. Arabice fane vel eſtā. Lati
ne vero rubea tinctoꝛum. Ubi ſciendum ꝙ
Dyaſcoꝛides capit. de rubea dicit: ꝙ rubea
ſiue vt alij eritbꝛodanum dicunt: ꝛ eſt de ru-
bea domeſtica. Aliud capitulū inuenit̄ apud
Dyaſcoꝛidem. quod ſic habet eritrodanū di-
cunt. ꝛ eſt rubea agreſtis. Item ſm̄ veritatē
eritrodanum in alia trāſlatiōe Dyaſcoꝛidis.
Ant tetron vocant plurimi. Radix eſt illi in-
ficiens. Duo ſunt eius genera. Unum agre-
ſte. Aliud ſeminatum ſicut rauenne italie fu-
it locis cultis ſeminatum. Nam ꝛ ī vijs ſpon
te naſcit̄. Haſte ſunt illi quadre ꝛ longe aſpe-
re ſicut apparine: ſed foꝛtioꝛes ꝛ longioꝛes fo
lia habentes intra nodos ip̄os. folia habꝫ ſi
cut aſtrum: id eſt ſtella in gyro poſita. ſemen
eius rotundum eſt ī pꝛimo viride ꝛ poſtea ru-
fum. ꝛ cū maturauerit nigreſcit. Et radix ei᷒
longa tenuis ꝛ rufa ꝛc̄. Sed ſm̄ tranſlationē
aliā Dyaſcoꝛidis. Rubea ſiue vt alij eritro-
danum herba eſt omnibꝫ nota. ¶ Serapion
libꝛo aggregatoꝛis capitulo fane. auctoꝛita-
te Dyaſcoꝛi. Fane ſiue faue: id eſt rubea tin-
ctoꝛum. quedā ex ea naſcit̄. ꝛ quedaꝫ ex ea ſe-
minatur. ꝛ habet ramos quadratos longos
groſſos ſil'es ramis herbe q̄ dicit̄ abarū: niſi
quia ſunt maioꝛa eis ꝛ durioꝛes. ſuꝑ ip̄os ſūt
folia diuiſa adinuicem egredientia iuxta no
dos ꝛ in ſimilitudine ſtellarum. ꝛ fructus eſt
rotundus: cuius coloꝛ in pꝛincipio ſue aperi
tionis eſt viridis. poſtea vero rubeus. Et qū
maturus eſt fit niger. ꝛ quod de ip̄a admini-
ſtratur ſunt vene ipſi᷒. ꝛ ip̄e ſunt ſubtiles lon
ge ꝛ rubee. ¶ Galienus ſexto ſimplicium far-
macoꝝ capitulo eritrodanū. Eritrodanum
eſt rubea tinctoꝝ radix acerba et amara ſm̄

guſtum. Unde et quod dictũ eſt de alijs adinuicem ſibi hm̃oi virtutes cõuenientes ĩ hac radice cõſpicis. ¶ Paulus ca. de rubea. calida eſt ⁊ ſicca in ſecũdo gradu. ¶ Auerrois libro Colliget. capitulo de rubea. Rubea calida eſt ⁊ ſicca in tertio gradu.

## Operationes.

¶ Dyaſcorides. Eridrotanum virtutẽ habet mictualẽ cũ aceto illinita albis maculis medetur. Uſus etiã eiꝰ ad ea ꝓficit ad que cetera diuretica ꝓficere dicimꝰ. Sed agreſtis virtus eſt ſcḋm Dyaſcoridem mictualis diuretica. vnde vrinam ⁊ menſtrua prouocat.

¶ Galienus. Eritrodanũ ſplenẽ ⁊ epar expurgat ⁊ vrinas groſſas ⁊ multas. Eſt aũt qñqꝫ ⁊ ſanguinolentas euacuans. qñqꝫ etiã prouocat menſtra. ⁊ abſtergit mediocriter quecũqꝫ abſterſione egent. morfeis quoqꝫ albis cum aceto peruncta cõfert. quidã autem propinãt eas ſciaticis: necnõ paraliticis cũ mellicrato. ¶ Auicenna. Rubea tinctorum eſt pontici ſaporis: ⁊ abſtragit cum equalitate. ponitur cum aceto ſuper empetiginem: et ſanat eam. ſimiliter ⁊ morpheam albã. ab omni veſtigio mundificat cutem. Bibita cum mellicrato confert ſciatice ⁊ paraliſi. ¶ Ualet etiã ꝑcuſſioni ⁊ caſui ſuccus eiꝰ cũ oximelle. datur ad apoſtemata ſplenis: ⁊ mũdificat epar et ſplenem. Eorũqꝫ opilationes aperit. ⁊ in hoc eiꝰ ꝓprietas exiſtit aceti. vehemẽter ꝓuocat vrinã vt qñqꝫ faciat mingere ſanguinẽ. Et oportet qui eam biberit quaqꝫ die balneetur.

¶ Suppoſita menſtrua ꝓuocat: ⁊ extrahit fetum. Eiuſqꝫ ſtipites cũ folijs conferunt morſui vermiũ venenoſorum. ¶ Platearius. Rubea tinctorum calida eſt ⁊ ſicca in ſcḋo gradu. Uirtutẽ habet ꝯfortatiuã ex aliquãtula ſua ponticitate ⁊ diureticã ex amaritudine. Contra debilitatẽ ſtomachi ⁊ epatis ⁊ relaxationem datur vinũ dectionis eiꝰ. Radix eiꝰ raſa ſup ponitur ad mẽſtrua ꝓuocanda: ⁊ fetũ mortuum educendum. Aqua decoctiõis eius ſi caput inde abluatur capillos reddit rubeos.

¶ Conſtantinꝰ vbi ſupra. Rubea eſt in fine ꝑmi gradus calida ⁊ ſicca. habet quoddã amaritudinis ⁊ ponticitatis. vñ ſplenẽ ⁊ epar mundificat. ⁊ eius opilationẽ aperit. vrinã ⁊ menſtrua ꝓuocat. Omniaqꝫ membra corporis a putredine mũdificat: et morfeam curat. Adhibetur quoqꝫ cũ melle et aqua calida ꝓpter ylij dolorem. ¶ Pliniꝰ libro. xix. Rubea tingendis lanis ⁊ corijs eſt neceſſaria. Laudatiſſima eſt ytalica. ⁊ maxime ſuburbana ꝓuenit ſponte. In medicina morbum regium ſanat. Et vrinam eijciet ex aqua mulſa. Folia quoqꝫ capillum inficiunt. Apud quoſdaꝫ inuenio regium morbum hoc frutice ſanari: etiam ſi adalligatus ſpectetur tantũ.



## Capitulum. cccciiij.

SAluia latine. Arabice geliſſagos. grece eliſſagus. Sera. li. aggre. ca. Heliſſagos. auctori. Dyaſco. Heliſſagos: id eſt ſaluia. Et eſt arbuſtũ longum habens plures ramos. ⁊ lignũ eius ⁊ folia ſimilia folijs citoniorum. niſi qꝛ ſunt longiora ⁊ ſtrictiora ⁊ rugoſa pauca rugoſitate: ſicut eſt rugoſitas panni poſtqꝫ abluitur anteqꝫ extendatur ⁊ reponatur. ⁊ color eiꝰ declinat ad albedinẽ. et habet odorẽ bonũ. ⁊ habet in ſummitatibus ramorũ ſemen ſimile ſemini herbe ſilueſtris: q̃ dicitur ormen. Naſcitur aũt in locis aſperis.

¶ Dyaſcorides cap̃. eliſſagus ſiue eliliſſagus ſcḋm tranſlationẽ noſtrã. Eliſſagus: id eſt ſaluia. Frutex eiꝰ eſt oblonga et multas habẽs virgas quadras ⁊ albas. ⁊ folia ſĩlia malicidonijs: ſed oblonga minora et aſpera ⁊ albidiora et odorata ſubrugoſa. ſemẽ ſup virgas eſt ſimile oĩno agreſti. Naſcitur locis aſperis. ¶ Plinius ca. eliſſagus herba eſt exalbida. Haſta eſt ei vaſta et quadra. folia aliquatenꝰ

aſpera. Poteſt enim acriter reſtringere.
Galienꝰ. vi. ſim. far cap. eliſſagus. Comple-
xio huius herbe eſt calida caliditate manife-
ſta ⁊ ſufficienti ⁊ paruum ſtiptica.

## Operationes

A ¶ Pliniꝰ. Herba ipa facit ad diſſintericos. ⁊
ſuccus folioꝝ eiꝰ capillos generat: ⁊ vrinā ꝓ
B uocat. ¶ Sera. Decoctio folioꝝ ⁊ ramorum
ipiꝰ q̄n bibit̄ ꝓuocat vrinā ⁊ mēſtrua: ⁊ expel
lit fetū. ⁊ ꝯfert morſui venenoſo ſtrigonis ma
rini: ⁊ denigrat capillos: ⁊ ꝯfert apoſtēatibꝫ.
⁊ abſcindit fluxū ſanguis: ⁊ mundificat vlce
ra fraudulēta. ⁊ cū decoctiōe ramuloꝝ ⁊ foli-
oꝝ ipſiꝰ fit ablutio. ⁊ ſedat pruritū genitaliū
C viroꝝ ⁊ mulieꝝ. ¶ Dyaſco. Uirtꝰ eiꝰ eſt diu-
retica. Menſtruis imperat. Aborſum facit.
Percuſſum ſtrigonis marini mitigat. Capil
los nigreſcit. Eſt etiā termātica: ⁊ ſanguinē
fluentē ex vulneribꝫ ſtringit. Sordida vulne
D ra purgat. ¶ Elixatura folioꝝ ⁊ virgaꝝ ipſiꝰ
pruriginē nature cōpeſcit. Eſt etiā virtutis re
darguētis cū acrimonia. Unde ad diſſinteri
am atq; muliebrē fluxū (quē greci rigeon vo
cant) facit ſuccus folioꝝ eiꝰ. Capillos deni
E grat: ⁊ vrinā ꝓuocat. ¶ Paulus. Uinū deco-
ctionis eiꝰ ꝯfert paraliticis bibitū ⁊ cathaplaſ
F matū ſup partē paraliticantē. ¶ Et dicūt ma
gi de ſaluia q̄ ipa putrefacta ſub fimo gene-
rat̄ auis quedā hn̄s caudā ſerpentinā ⁊ albaꝫ
merule ſilis. De cuiꝰ cinere ſi ponat̄ i lampa-
G de apparet q̄ domꝰ ſit plena ſerpentibꝫ. ¶ Ex
herbario. Saluia hꝫ folia longa et anguſta
ſubaſpera odore ſuaui ⁊ graui. in locis aſperis
naſcit̄. Decoctio eiꝰ potata vrinā ⁊ menſtrua
mouet. Paſtinace marine ſi quem ꝑcuſſerint
virus excludit. Sanguinis eruptionē ſiſtit.
H ¶ Plateariꝰ. Saluia ca. eſt in. i. ſic. in. ij. ſolū
folia cōpetūt vſui medicine ⁊ viridia. et ſicca
domeſtica magis cōſumit ⁊ ꝯfortat. Silue-
ſtris aūt magis dyaforetica. Uinū decoctōis
ſaluie valet paraliticis ⁊ epilenticis. fomētatio
ex aq̄ decoctōis eiꝰ valet ꝯ ſtrāguiriā ⁊ diſſin
teriā. Matricē mūdificat. ¶ Plinius li. xxij.
I Herbā nr̄i q̄ nūc ſunt herbarij eleliſphacon
grece latini vocāt ſaluiā mente ſimilem canā
odoratā. hac appoſita partꝰ emortuos extra
hūt. Itēq; vermes auriū ⁊ vlceꝝ. ¶ Idē in li.
K xxvi. Herba q̄ a q̄buſdā appellat̄ ſaluia ſilis
verbaſco. Cōterit̄ ea ⁊ colata calefit. ⁊ ſic ad
tuſſim laterisq; dolores bibit̄. Eadēq; ꝯ ſcor
piones atq; dracones marinos efficax ē. Cō
tra ſerpētes etiā ex oleo pungi ea ꝓdeſt. yſo-
pi faſciculus cū quadrante mellis decoquit̄
L ad tuſſim. ¶ Macer. Saluia cui nomē elyſy-
facos eſt apud grecos. Cum mulſa iecoris ꝓ
deſt potata querelis. Pellit abortū. lociūq;
mēſtrua purgat. Trita venenatos curat ſup
addita morſus. Crudis vulneribꝫ que multo
ſanguine manant. Apponas tritā dicūt reti
nere cruorem. Cū vino ſuccus tepidus ſi ſu-
mitur huius. Cōpeſcit tuſſimveterē laterisq;
dolorē. Pruritus vulue curat virgeq; virilis
Si foueas vino fuerit quo ſaluia cocta. Illi
us ſucco crines nigreſcere dicunt. Si ſint
hoc vncti cerebro ſub ſole calenti.



## Capitulum. cccc v.

Salix. Iſidorus lib. ety. Salix dicta
eſt: eo q̄ ſaliat: id eſt creſcat. Arbor lē
ta: vitibꝫ vinciēdis abilis. ¶ Ambro
ſius. Salices videnť nihil habere ſeminis.
Habent tamē gramē quoddā in folijs quo ter
ris cōmiſſo tanq̄ ſemine poſito ſurgat arbor
de ſurculo: ⁊ tanq̄ ſeipam exuſcitet de ſemie
ſuo. ¶ Gloſa ſup Eſaiam. xliiij. Salix eſt ar-
bor infructuoſa: ſed cito creſcit: maxie ſi iux
ta aquā ſit. ¶ Ariſtoteles in li. de plantis. Que
dam in humido loco. quedā in arido ⁊ q̄dam
in vtroq; vt ſalix. ¶ Idē libro de aīalibꝫ. que
dam arbores nō fructificant. Sicut viri pin
gues nō multū ſpermatiſant. Talis ē ſalix ⁊
romana mux. ¶ Idē i libro decimoſexto. In

aquoſis tm̄ proueniūt ſalices ⁊ alni. longaqꝫ folia ſunt vtriqꝫ inter primas germināt. Circūagunt ſalicꝭ folia poſt ſolſticiū. nec alio argumēto intelligit̄ certi⁹ ſidus cōfectū. Ociſſime vero ſalix amittit ſemē anteqꝫ maturitatē ſentiat oino. ⁊ ob id frugiperda dicta ē ab homero. Sequēs vero etas ſcelere ſuo hāc ſententiā interp̄tata eſt qꝫ ſemen ſalicꝭ mulieris ſterilitatis medicamētū eſt. Sed in hoc quoqꝫ naſcenti natura ꝓuidit: qꝫ de pacto ſurculo incurioſius ſemē dedit. Vna tñ ꝓdit̄ id maturitatem proferre ſolita in inſula chreta. ¶ Pandecta capitulo. cci. Culeſare. Grece ytre. latine vero ſalix.

## Operationes

¶ Sera. li. ag. ca. Culef. i. ſalix. folia ⁊ flos et roſa ei⁹ habent in ſapore ponticitatē. et virt⁹ ſalicis eſt deſiccatiua ſine punctiōe. Cortex vero ipſi⁹ ſiccioris eſt cōplexiōis. ſicut ſunt omēs ſpecies corticis. ¶ Vnde adminiſtrat̄ in glutinatiōe vlcerꝫ. Sed flos ⁊ roſa ei⁹ adminiſtrant̄ ⁊ admiſcent̄ in oībꝫ medicinis ⁊ vnguentis deſiccatiuis. Et ſunt ex hoibꝫ q̄ accipiunt flores ⁊ roſam ⁊ ſuccū ipſi⁹. ⁊ cōpōnūt ex eis deſiccatiuā medicinā que ꝓfert in multis: qꝛ deſiccat ſine mordicatiōe ⁊ ꝓprie: qꝛ in ipa eſt ſtipticitas pauca. ¶ Et qñ cōburūtur ei⁹ cortices ⁊ ꝯficiunt̄ cū aceto: adminiſtrātur in oībꝫ egritudinibꝫ in q̄bꝫ neceſſaria ē deſiccatio. ſicut in verrucis ⁊ ꝓprie in rotundis et in verrucis ſimilibꝫ capitibꝫ clauorꝫ: ⁊ in verrucis infixis in cute. eradicat enī eas qñ ſup eas fit linitio. ¶ Et qñ euellit̄ cortex ei⁹ tpe q̄ emanant flores ⁊ colligit̄ gūmi eius. Habet hoc gūmi virtutē abſterſiuā ⁊ ſubtiliatiuā. et ideo adminiſtrat̄ in oībꝫ egritudinibꝫ q̄ accidūt pupille. ⁊ faciūt impedimētū viſus. ¶ Et idem aucto. Pauli. Virt⁹ foliorꝫ ⁊ corticū et fructus ſalicꝭ ⁊ ſucci ei⁹ eſt ſtiptica. Et eſt fri-
F gide ⁊ ſicce cōplexionis in p̄mo gradu. ¶ Et idem aucto. Bedigar. Quādo bibunt̄ folia eius trita cū pipere ⁊ vino pauco ꝯferūt colicis. ⁊ qñ ſumit̄ cū aqua ꝓhibet impregnationē. ⁊ fruct⁹ eius ꝯfert ſputo ſanguinis qñ bibitur: ⁊ cortex ei⁹ tritus cū oleo roſarꝫ. ſi bulierint in cortice granati cōferūt dolori auri-
G um. ¶ Et ei⁹ decoctio adminiſtrata ſuper pedes podagricorꝫ ꝯfert eis multū: ⁊ mundificat furfures capitꝭ. et colligit̄ humiditas ab ea defluens qñ excoriat̄ a cortice ſuo qñ incipit apparere flos ei⁹. qm̄ reperit̄ intra corticem humiditas ꝯgregata q̄ abſtergit oculū. ⁊ aufert tenebroſitatē ei⁹. Proprietas ſalicꝭ eiuſq̄ extrahit ſanguiſugas adherētes gutturi: et glutinat vulnera recentia. ¶ Et idem H
auctoritate Aben Meſuay. Folia ſalicꝭ bibita ꝓhibēt impregnationē: ⁊ ꝯferunt fluxui ſanguinis. ⁊ lac qđ egredit̄ ex eis acuit viſū ⁊ abradit pilos. ¶ Et idem aucto. Pauli. In I
folijs ſalicis ⁊ ſalice: nō dixit Galien⁹ aliud.
¶ Galienus ſeptimo ſimplicium farmacorū K
capitulo ytre. ytre ſiue ſalix vtetur quidē aliquis ⁊ folijs ad ſanguinolentorꝫ vulnerū cōſolidationē: ſed maxime flore ei⁹ fere omnes vtuntur medici ad confectionē ſiccatiui emplaſtri. Eſt enī vis eorꝫ ſuauis ſiccatiua. habet autem ⁊ quiddam ſtipticitatis.
¶ Quidā vero ⁊ ſuccum faciētes ex eis im- L
mordax ⁊ ſiccatiuū habet farmacū ad multa vtile. Nihil enī magis occurrit viſui qꝫ farmacum immordacius ſiccans parū: ſed ſtipticans. ſicut in tractatu de cōpoſitione farmacorum plenius dicet̄. ¶ Cortex etiā huius ar- M
boris ſimilis eſt tam frondiū qꝫ florꝫ virtuti. p̄terqꝫ qꝫ eſt ſiccior ſm̄ cōplexionē: ſed hunc quidā accedūt: ⁊ vtuntur cinere in oībꝫ his que violenter indigent deſiccari: ſicut ſigiles ⁊ chiles: id eſt mirmiceas. auferūt ipſum madefacientes aceto acri. quidā vero tempe florendi incidentes corticem. Liquorē ſiquidem colligunt: ⁊ eo vtuntur in obfuſcantibꝫ pupillis. cū ſit farmacū abſterſiuū ſimul ⁊ ſubtiliatiuū. cūqꝫ ſit huiuſmodi poterit eo vti et ad alia multa. ¶ Palladi⁹ libro tertio. In mē- N
ſe Februario plante ſalicis obruende ſunt: ⁊ omniū generū que applicantur arbuſto.
¶ Dyaſcorides. Salix eſt arbor cuius folia O
glutinant vulnera cruenta. Flos etiam eius ſine mordicatione deſiccatiuus eſt. Cui⁹ cinis cum aceto ſup callos pedū induct⁹ eos tollit. Et ſimiliter verrucas emundat. Flos eius cū aqua bibitus omnem calorem libidinis frigeſcere facit. ¶ Auicenna. Salicis fo- P
lia ſtiptica ſunt ſine mordicatione. Et eſt in eis exſiccatio ſufficiens. Cinis autem eius vehementis eſt exſiccationis. Emplaſtrum ex eo factum retinet fluxum ſanguinis.
¶ Conſtantin⁹. Salices frigide ſunt in ſecū- Q
do gradu. ſicce in p̄mo. Valent dolori capitis de calore ſi in naribꝫ mittant̄. Succ⁹ ei⁹ vulnera ſolidat. Cortex eius vſtus ⁊ cū aceto temperat⁹ verrucas ⁊ poros aufert. Sed lac corticis a ſalicibꝫ florē habentibꝫ eruti viſum clarificat. Defectos confortat oculos. Succus frondium ⁊ pomorū potat⁹ mulieri vt concipiat non p̄mittit.

## Capitulum. cccvj.



Sambucus. Pandecta ca. ccclxxix. Sciendū ꝙ actis eſt ſambucus: kameactis dr ebulus. et ſūt plante oībꝫ note. Vñ verſus. Sambucus eſt actis: ſed ebulus eſt kameactis. ¶ Sera. li. ag. cap. kameacti. Kameacti due ſūt ſpecies. quaꝝ vna grece dr actis. in latino ſambuc⁹. et ſcđa nominat in greco kameactꝫ. ꝛ ei⁹ eſt intētio terren⁹ actis: ꝛ in latino dr ebulus. de q̄ lege ca. clxxv. ſupra de E. ¶ Plini⁹. Sambuci due ſunt ſpecies. carū vna aſſimilat arboribꝫ habētibꝫ ramos ſiles cannis rotūdis: qrū color ē ad albedinē: ꝛ ſūt longa. ꝛ ſunt i eis qttuor folia aut qnqꝫ porrecta ſup ramos qlibet. ꝛ ſimilia folijs nucis: minora tñ eis. hñtia graue odorē. ꝛ in ſūmitatibꝫ ramoꝝ ſūt flores albi. ꝛ grana ſilia granis viridibꝫ vel lentiſci. quorū color declinat ad purpureitatē cū nigredine. ꝛ ſunt velut in racemis. ꝛ hñt multā humiditatē hñtem odorē lini. ꝛ iſta dr actis. Alia ꝟo ſpecies q̄ dr kameactꝫ eſt minor pma. habet ramos magꝭ ptinētes herbe q̄drato in qbꝫ ſūt multi nodi ꝛ folia inuicē diſtātia. ꝛ in ſingulis nodis ſilia folijs amigdalis i ſūmitatibus ſuis: niſi ꝙ hñt venas: ꝛ ſūt longiora eis hñtia graue odorē. ꝛ in ſūmitatibꝫ ramoꝝ ſūt capitella ſilia coronis ſupradicte ſpeciei. ꝛ ſemen ꝛ flos ſilr. ꝛ hꝫ ramos longos groſſitudinē digiti habētes. ¶ Iſidorus libro ethymologiaꝝ. Sambucus ē arbor mollis ꝛ parua.

## Operationes

¶ Plini⁹ lib. xvi. Sambuci hñt acinos nigros ꝛ paruos humores lenti. Inficiēdo maxime capillo. q̄ ꝛ ipi in aqua decocti mādunt ¶ Idem li. xv. Arboꝝ quundā fruct⁹ pediculis dependēt vt piri. Alia ꝟo racemis vt edere atqꝫ ſambuci. ¶ Idem in li. xvi. Sambucus germīat inter pmas: ꝛ nudat inter nouiſſimas. ꝛ ex his q̄ hyeme aq̄la ex oriēte concipiūt: ordine nature florēt pme ſilueſtriū ſambucus: cui medulla ē plurima: ꝛ corn⁹ cui nulla. Sambucus ē arbor diuidua nec ramoſa lentiſſima. ꝛ ideo ſcutꝫ faciēdis aptiſſima. cuius nimirū plaga ſe ptin⁹ ɔtrahit: ſuūqꝫ vulnus claudat. ꝛ ob id ɔtumaci⁹ ferrū trāſmittit. Sambuci atqꝫ rubi generꝫ ſunt fungoſi. aliter tñ q̄ ferule. qppe plus ligni atqꝫ ſucci ē vtiqꝫ ſambuco: ex q̄ magꝭ canorā buccinā tubamqꝫ credit paſtor. Ibi ceſe: vbi galloꝝ cantū nō exaudiat frutex ille. ¶ Idē li. xvij. Inuentū ē ſurculos abſciſos ſerere. qđ ſepis cā factū eſt ſambucꝫ ꝛ coroneo rubiqꝫ depactꝫ. ad palū vineaꝝ firmiſſima ē ſambuc⁹. taleſqꝫ ſerit vt populus. ¶ Aui. Sambucus alba calidior eſt q̄ citrina ꝛ q̄ purpurea. Et ē vniuerſaliter i tertio calida ꝛ ſicca. Eſt aūt ſubtiliatiua humiditatū. ſenibuſqꝫ ɔfert ei⁹ oleū. Delet aūt pannū: ꝛ facit rubedinē ei⁹ odoramentū. ¶ Oleū ei⁹ ɔfert ſenibꝫ: ꝛ frigidis neruoꝝ egritudibꝫ. Odor ei⁹ facit ſoda. cū hoc tñ reſoluit ſodā fri. a flegmate odorata. deniqꝫ purū ei⁹ oleū fluere facit ſanguinē ex naribꝫ calefactū cū ipm odorat. ¶ Conſtātin⁹. Sambuci ca. ſūt in. ij. ſic. in. i. diſſolutiui ac neruoꝝ mollitiui ſūt: ſtomachū q̄ꝫ molliūt. vomitū puocant. cathaplaſmati māmillaꝝ apoſtemata ſanāt. Sambuce oleū q̄ꝫ ſcabiē ac puſtulas ꝛ apoſtemata narū ſanat. vulnera clauſa aperit: euerſaqꝫ ad ſuā naturā ɔuertit. auriū dolorē placat. bibitūqꝫ lūbricos ꝛ aſcarides flegmaticos excludit: ac melācolicos humores purgat. ¶ Pli. li. xxiiij. Sambuc⁹ hꝫ alteruꝫ gen⁹ magꝭ ſilueſtre. qđ greci chameactē. alij hellon vocāt multo breui⁹: vtriuſqꝫ folioꝝ vel ſeminis vel radicꝫ decoctū i vino veteri ꝛ ad cyathos binos potū ſtomacho iutile ē aluo detrahēs aquā. ¶ Refrigerat etiā inflāmatione maxie recentꝫ ambuſti. Et canis morſum cū polenta molliſſimis folioꝝ illitꝫ. Succus cerebri collectiões leni t infuſus. Acini ei⁹ in firmiores q̄ reliq̄ capillum tingūt. ¶ Poti

acetabuli menſura vꝛinam mouent. Ad om-
nia efficacioꝛ eſt que minoꝛ. Radix eiꝰ deco-
cta ac pota hydropicos exinaniūt. Folia in
L vino pota ſerpentum ictibus reſiſtunt. ¶ Po
dagricis cū ſepo hircino vehemēter pꝛoſunt
cauliculi illiti. ijdem in aqua macerantur: vt
ſparſi pulices necentur. ¶ Folioꝝ decoctio
M ſi locus ſpargatur muſce necant. ¶ Boa ap-
N pellat̄ moꝛbꝫ pabulaꝝ cū rubent coꝛpoꝛa. ſam
buci ramo verberat̄. Coꝛtex interioꝛ tritus
ex vino albo potus aluum ſoluit.



## Capitulum. ccccvij.

SAmbacus. Pandecta ca. ccclxxvi.
Ieſemin arabice: ⁊ ambach: grece lē
coya. latine. ſambacus. ¶ Sera. lib.
aggrega. ca. ieſemin. Ieſemin: id eſt ſambacꝰ
⁊ eſt planta habens album floꝛem. ⁊ quedā ci
trinum. ⁊ eſt minus ca. ⁊ ſic. ꝙ̄ album. ⁊ ſimi-
liter eſt minꝰ in operatiōe ſua. ⁊ citrinꝰ repit̄
in babylonia. Eſt etiā ſpecies alia ex eo cuiꝰ
flos celeſtis eſt coloꝛis. ¶ Et idem auctoꝛita
te Aben meſuay. Eſt calida in p̄ncipio tertij
gradus. ¶ Galienꝰ ſexto ſimpliciū farmaco-
rum cap̄. de ieſemino. ſ̄m tranſlationē grecā.
Ambach herbe quā ieſemin vocant: ſemen
maxie vtile eſt calefactiue ⁊ deſiccatiue: nec
nō ſubtiliū partiū ꝟtutis eſt. Eſt aūt guſtan

tibꝫ ſubamaꝝ ⁊ acre et palā. quoniaꝫ diureti-
cū eſt ⁊ dyafoꝛeticū. Erit aūt in calefaciēdo ⁊
ſiccando tertij gradus intenſi. Etiā hoc di-
cit in ſexto huiꝰ. et ſubdit in ſeptimo lencoya
id eſt ieſeminū. tota q̄dez frutex abſterſiue et
ſubtiliū partiū virtutis. magis autē partici-
pant ea floꝛes. ⁊ hoꝝ ſiccioꝛes magꝭ viridibꝫ
¶ Auicenna ponit tres ſpecies. ſcilicet albā:
citrinā et purpuream. Et eſt alius ſambacꝰ
agreſtis. de quo ſupꝛa ⁊c̄.

## Operationes

¶ Serapion. Folia eiꝰ humida nō ſicca qn̄ A
ponuntur ſuper empetiginem et pannum ex
pellunt eos et reſoluūt omnē ſuperfluitatem
¶ Et cōuenit habentibus catarrum: ⁊ indu B
cit doloꝛem capitis illis qui ſunt calide com
plexionis. ¶ Et oleum eius eſt innatiuum in C
hyeme. et ſi habens calidam complexionem
odoꝛem nimium de ipſo timendum eſt ne fa-
ciat fluxum ſanguinis ex naribꝫ eiꝰ. ¶ Et idē D
auctoꝛitate Aben Meſuay. Cōfert humidi
tatibus et flegmati ſalſo: et ſenibꝫ frigide cō-
plexionis. Et confert doloꝛibus qui fiunt ex
flegmate viſcoſo.



## Capitulum. ccccviij.

Sandix. Plini⁹ libro. xxv. Sandix ē herba quedam de qua panni tingunt in blaueum colorem.

## Operationes

A ¶ Idem Plinius libro. xxxv. Sandaraca ſi
torreat equa parte rubrica admixta: ſandicē
facit. Quāq̄ animaduerto Uirgilium eſtimaſ-
ſe id herbam eſſe verſu illo. Sponte ſua ſan-
B dix paſcentes veſceret agnos. ¶ Idem in li-
bro. xxij. Sandix in olere ſilueſtri a grecꝫ po
nitur ſicut Opinio ⁊ Eraſiſtratus tradūt
C ¶ Decocta ꝓ aluū ſiſtit: ⁊ ſemine ſingultus
ꝯfeſtim ex aceto ſedat. Illinit ambuſtꝫ vrinā
eijcit. Succus decocte ꝓdeſt ſtomacho. Jo
D cineri renibꝫ ac veſice. ¶ Hec eſt quā Ariſto-
phanes euripedi poete iculariter obijcit ei⁹
matrē: ne olus quidē legitimū vendicaſſe ſed
E ſandicem. ¶ Dyaſcorides. Sandix vel ſcan-
dix calefacit ⁊ deſiccat fortiter: ac dyaforeti-
cū eſt: ⁊ ob hoc merito viſceꝝ purgatiuū eſt.



## Capitulum. ccccix.

Samſucus. Dyaſcorides. Samſuc⁹ a ſiculis nominat amaracus. ⁊ eſt ramoſa multas habens virgas ſup terram expanſas cū folijs paruis atq; rotūdis nepite ſimilibꝫ ac velut hircis ⁊ acerrimis.

## Operationes

¶ Herba tota eſt valde amara: vires habens acras atq; calefactorias: ad omnē duriciem vel rigorem valde idonea. Medet etiam cathaplaſmata ſiue potata a ſcorpione vexatꝫ vel difficultati mictus: vel inteſtinoꝝ tormēto laborantibꝫ. ¶ Eius elixatura medetur hydropicis. Urinā ꝓuocat: ⁊ tortiōibꝫ eſt vtilis Succ⁹ addito melle liuores detergit. Scorpionū ictus cū aceto ⁊ ſale cōpeſcit. laxationibꝫ bene adhibet. Cerotis vtiliter additur. ¶ Omnes tumores corporis ⁊ oculoꝝ ſpargit: cathaplaſmata ⁊ maxime cū polenta impoſita. Item appoſita ſolite purgationē materie prouocat in feminis. bene quoq; malaginatibꝫ miſcetur ⁊ acopis. ¶ Samſucū eſt in tertio gradu calidū ⁊ ſiccum. Dolorem capitis ⁊ emigraneam de flegmate ⁊ colera nigra curat: ſi ex ei⁹ apozimate caput lauet aut naribꝫ applicetur. Diſſoluit opilationē ⁊ ventoſitatem groſſam. ¶ Eius apozima bibitus hydropiſim ſtranguiriam ventris dolorē habentibꝫ fit bonū. ¶ Cum melle cathaplaſmatum nigredinem in palpebris amputat. et cū aceto morſum ſcorpionis curat. ¶ Peſſariſatum vero menſtrua ꝓuocat. lapidem aufert. Epilenticis cōuenit ⁊ paraliticis. Auribꝫ inſtillatum dolorem placat ⁊ ſonitum.



## Capitulum. ccccx.

Saluīca. Dyaſcorides. Saluīca eſt gen⁹ herbe que radiculas ⁊ folia habꝫ ſubruſa: floreſq; plurimos a terra

re foſſa in modū ſtipularꝫ ꝯſtringit̃. Naſcitur aūt in lapidibꝫ ſūmis et norica regione. Illa ꝟo optīa eſt q̃ eſt odorifera recens ꝛ ſine ſabulone plurimoſq; ramulos ꝛ radices habens. pōt ḡ eadē que ꝛ ſpica q̄ꝫ illis deformior ſit.

## Operationes

a ¶ Plini⁹ li. xxi. Saliunca Odoramentorū multa nihil attinēt ad coronamenta vt yris atq; ſaliunca. q̄ꝫ q̄ꝫ vtraq; nobiliſſimi ſit odoris.

b ¶ Saliunca quidē folioſa: ſed breuis eſt ꝛ q̄ necti nō poſſit: radici numeroſe coheret. q̄ herba veri⁹ eſt q̄ꝫ flos veluti manui preſſa. breuiterq; ſui generꝭ ceſpes. hanc panonia gignit: ꝛ norica alpiūq; aprica vrbiūꝫ eporedia tante ſuauitatꝭ vt metallū eſſe ceperit. veſtibꝫ eam interponi gratiſſimūꝫ eſt. Hui⁹ radix in vino decocta vomitiōes ſiſtit. ſtomachumq; corroborat.

c ¶ Ex ſinonimis. Saliunca intelligūt q̄dā in medicinis ꝑ ancuſa: ſed in aurea alexandria recipit̃ ꝓ ea ſpica celtica.



# Capitulum. cccc xi.

Saluina. Pandecta cap̄. viij. Abhel arabice. grece brachi. latine ſauina. Sauina eſt arbor cui⁹ folia ſūt ſimilia folijs tamariſci: ꝛ magis ſpinoſa. habent bonum odorem. ꝛ arbor iſta creſcit magis in latum q̄ꝫ in longum. Eſt calide ꝛ ſicce cōplexionis in tertio gradu. Serapion libro aggregatoris capitulo Abhel: id eſt ſauina. Et ſunt eius due ſpecies. Una cuius folia ſunt ſimilia folijs cipreſſi. ꝛ magis ſunt ſpinoſa q̄ꝫ alia. Habenꝫ bonum odorem. et arbor hui⁹ eſt fortis. ꝛ creſcit magis ī amplum q̄ꝫ in longum. Et fructus ei⁹ eſt ſicut zaror. Pro quo lege capitulum. ccix. Iuniperus. Et quidam vtuntur folijs eius ꝑ fumigio. Sed alterius ſpeciei folia ſūt ſimilia folijs tamariſci. et ſapor eius eſt ſicut ſapor cipreſſi. hec latine vocatur ſauina. cui⁹ ſubſtantia eſt ſubtilis. ꝛ in odore eius eſt aromaticitas. ꝛ calefacit ꝛ deſiccat in tertio gradu. Auicenna libro ſecundo cap̄. Abhel. Abhel eſt fruct⁹ arboris ſimilis Iunipero fact⁹ ſicut zaror. ſed tamē vehementer eſt niger. boni odoris ꝛ acuti ſaporis. ꝛ iſta arbor eſt ꝓ͂ma ſpecies ſauine: ꝛ poſita ꝑ Serapionem. Galienus ſexto ſimpliciū farmacorū de ſauina. Brachi ſiue ſauina deſiccantibꝫ fortiter eſt ſc̄m tres ſapores: q̄s in guſtando monſtrat. equaliter cipreſſo: niſi inq̄ntum acrior eſt eo. ꝛ vtvtiq; dicat q̄s magꝭ aromatica. huius ergo ꝛ ipſius qualitatis particeps eſt videlicet acris. ſtiptica cōplexione calida. Adhuc autem in amaritudine ꝛ ſtipticitate debilius eſt q̄ꝫ cipreſſus. quantū enim ſuperat cipreſſuꝫ acredine: tanto diminuit̃ in ſtipticitate. qđ patet ꝙ calidius eſt cipreſſo. ꝛ ideo magis dyaforeticū: igitur ſolidare quidem. nam ꝓpter ſtipicitatis robur ꝛ caliditatis. intantuꝫ enim ambobꝫ his participat: vt iam tenſiuum ꝛ inflatiuū exiſtat. putrefactionibus vero cōfert ſicut cipreſſus. ponat̃ autē hoc farmacum in tertia ſubſtantia ſc̄m calefacere et ſiccare ens inter ea. que maxime ſunt ſubtilium partium.

## Operationes

¶ Gal. Cōtra tenaſmonem de frigida cauſa. Fiat decoctio ei⁹ in aceto ꝛ vino: ꝛ fumū patiens recipiat. Herba ipſa naribꝫ cathaplaſmata valet cōtra frigidū reuma. Ponit̃ etiaꝫ in vnguentis bene trita cōtra ſcabiem ſanioſam. Uinum decoctionis eius valet contra dolorem ſtomachi ꝛ inteſtinorꝫ: ꝛ cōtra ſtranguiriā et diſſurriaꝫ: ſed cathaplaſmata valet ꝯtra dolorē yliacū. Eſt etiā dyaforeticū ꝛ diureticū fomentū ex aqua decoctiōis ei⁹ vel vino. Eſt aūt ſauina ex ſpēbꝫ iuniperi vt appet in ca. Iuniper⁹. Sera. auc. Gal. Uirt⁹ ei⁹ eſt que diſſoluit ꝛ abſtergit putredineꝫ vlcerum A

putridorum maloꝝ corrodentium antiquorum. ⁊ ipa similiter mundificat vlcera melancolica sordida qn̄ ponitur cū melle: et aufert herisipilā. ⁊ ꝓpter causam sue subtilitatis prouocat mēstrua plus oīa alia medicīa. ⁊ facit mingere sanguinē. ⁊ interficit fetū viuentē. et expellit mortuū: ⁊ ingredit̄ in vnguētis odoriferis: ⁊ ponit̄ ꝓ amonio vel cinamomo duplū ponderꝫ eiꝰ. Et ideꝫ auctoritate Dyascoridis. Folia ambarū specierū ꝓhibent dilatationē vlcerū corrodentiū: et sedant apostemata corrosiua. Et quādo fit emplastrū cum eis aufert liuorem cutis et sordiciē eius que accidit ꝓpter superfluitates corporū: et aufert escaram ignis. ⁊ quādo bibit̄ facit exire sanguinem cū vrina: ⁊ expellit fetum. ⁊ quādo ex ea fit nascale facit hoc. Et ingredit̄ in confectionibus vnguentorum calidorum.



## Capitulum. cccxii.

Sandalum. Sandal arabice. Grece ⁊ latine sandalū. Sera. li. agg. ca. sandal. i. sandalum defertur ex syria. et ē album ⁊ ruffum ⁊ citrinuꝫ. Et fri. in. ij. sic. in secūdo. ⁊ meliꝰ ex sandalo est citrinū pingue post citrinū rubeū: ⁊ est magꝭ siccū citrino. ⁊ post ipm albū. Et idem auctoritate Albugerig. Album est fri. ⁊ sic. in. ij. gradu. Sed citrinum ⁊ rubeum sunt fri. in. iij. ⁊ sic. in. ij.

### Operationes

¶ Serapion aucto. Aben mesuay. Confert dolori stomachi ⁊ epatis ex colera Er rubeū est frigidius albo ⁊ citrino. ⁊ est magꝭ iuuatiuum. Nam ipm ꝓhibet fluxū humorū ad mēbra. ⁊ est sicut fausel in frigiditate ⁊ siccitate. ⁊ fortificat gingiuas ⁊ stomachum.

¶ Et idem aucto. Aben mesuay. Cōfert cardiace cum fe. qn̄ linitur cū eis sup cor.

¶ Et idem aucto. Isaac benaram. Conueniunt calefactis. ⁊ ꝯferūt debilitati stomachi ⁊ cardiace que accidit a colera qn̄ terunt̄. ⁊ miscentur cū aqua rosaꝝ: ⁊ applicant̄ exterius. ⁊ qn̄ conficiunt̄ cū aqua rosaꝝ ⁊ pauca camphora ⁊ liniunt̄ inde timpora: confert sode q̄ fit a caliditate. ¶ Et quādo miscetur cū vna quantitate sandali albi media quantitas sarco collo: ⁊ cōficitur cum albumine oui ⁊ ponitur sup timpora: ⁊ confert sode colerice. Et ꝓhibet descēsum catarri ad oculum: ⁊ linitur cū eo in balneo. ⁊ ꝓhibet ardorem psilotri. et sandalum rubeum est frigidius albo.

¶ Et qn̄ miscetur cum succo solatri aut semꝑuiue: aut portulace: aut lenticula aque. ꝯfert podagre calide ⁊ apostematibꝫ. et ꝓhibet humores ab illis membris. et meliꝰ ex sandalo est citrinū pingue: ⁊ post citrinum rubeum. ⁊ est magis siccum citrino: postea album.

¶ Et idē aucto. Albugerig. Albū ē frigidū i iij. gradu. terit̄ ⁊ resoluit̄ cū aqua rosarū et in catarris ca. ponit̄ in fronte ⁊ ī stomachis calidis: ⁊ infrigidat ea. ⁊ ꝯfert fe. ca. ⁊ birsen: et stomachi debilitati. sꝫ citrini ⁊ rubei sūt fri. ī iij. gra. sic. ī. ij. nō hn̄tes stipticitatē neqꝫ ponticitatē rosaꝝ. ⁊ qn̄ dissoluunt̄ in aqua rosarū ⁊ ponunt̄ supra stomachū ꝯferūt fe. acutis et debilitati sto. ⁊ sode que fit a caliditate.

¶ Et idē auc. Atabari. Rubeū est frigidiꝰ albo: et liniuntur cū eo apostemata calida.

## Capitulum. cccxiii.

Satirion. Pādecta ca. cl. Chasialkel arabice. Grece orchis vl' afrodisia vl' priapismon. latine ꝟo testiculus vulpis vel satirion vel leporina. Serapion lib. aggregatoris capi. Chasialkel siue chasialtheb: id est satirion. Sunt eius duo genera. Vnū hꝫ radicē seu testiculos albos. ⁊ vocat̄ Chasialkel. Primum genus satirionis vocatur testiculus canis. ⁊ grece kinoserthis: ⁊ est ei planta que habet folia extensa sup terram prope ipam ⁊ ortus est ex radice vnius stipi-



tis.⁊ folia ei⁹ ſunt ſilia folijs oliue:niſi qꝛ ſūt
ſubtiliora eis ⁊ longiora ſup terrā extenſa.et
longitudo ei⁹ eſt vere in longitudine vni⁹ pal
mi.⁊ florem hab3 coloris purpurei. radix ei⁹
eſt ſimilis radici bulbi.niſi qꝛ eſt tendens ad
longitudinem ⁊ ſubtilitatē. Et eſt duplex:ſi
cut ſunt due oliue i figura. Una inferi⁹ ⁊ alia
ſuperius.⁊ vna plena ⁊ alia vacua rugoſa.et
comedit radix eius elixata ſicut bulb⁹.et iſte
dicit ſatirion quo omēs cōmuniter vtunt.et
ſubdit. Secundū vero gen⁹ ſatirionis hab3
duas ſpecies. Una eſt q̄ vocat arabice cha
ſialbahel ſiue chaſialthalep.i.teſticulus vul
pis.⁊ vocat ſimiliter catharich.et noiat hoc
in greco trifolium.qꝛ plurimū quod de eo na
ſcitur eſt habens tria folia declinātia verſus
terrā.⁊ ſimilant folijs acetoſe maioris. aut fo
lijs lilij:niſi qꝛ ſunt minora eis:⁊ i teſticulo ſuo
eſt rubedo declinans rubedini ſanguinis:et
habet ſtipitem ſubtilem longitudine vnius
brachij.⁊ habet florem ſimilem floribus lilij
albi in figura.⁊ radix eius aſſimilat cepe bul
bi in figura.⁊ eſt in magnitudine mali exteri
us rubei coloris:interius albi ſicut ouum.et
quod de ipa adminiſtratur eſt radix.

## Operationes.

¶ Galien⁹.viij.ſim.far.ca.de teſticulo canis A
ſm trāſlationē arabicā. Radix ei⁹ eſt dulcis.⁊
virt⁹ eius ē ca.⁊ hu.niſi qꝛ in humiditate eius
eſt inflatio ſupflua:⁊ incitat libidinē.
¶ Ibidē ſm tranſlationē grecā. Satirion vl' B
trifoliū humide eſt ⁊ calide cōplexiōis:q̄ cir
ca ⁊ guſtantib⁹ ipm videt dulce et ventoſam
humiditatē poſſidere.⁊ ꝓpterea ꝓuocat adve
nerea. Hoc aūt ⁊ radix huius herbe efficere
nata eſt:vt quidā ſcribunt etiā epiſtotonū ſa
nat cū vino nigro auſtero bibitum.
¶ Et idem ſm trāſlationē arabicā de teſticu C
lo canis. Radix ei⁹ eſt duplex ſimilis radici
bulbi. Una plena.⁊ ſapor illi⁹ radicis q̄ eſt ple
na:eſt dulcis multe humiditatis et ſupfluitatis
inflatiue.que qn̄ bibit incitat libidinē. Et a
lia mollior ſiue vacua q̄ h3 cōplexionē q̄ de
clinat ad caliditatē ⁊ ſiccitatē. Et eſt i ea hu
miditas digeſta digeſtione cōpleta.⁊ ideo cō
I ¶Macer. Thus calidum ſiccūqꝫ gradu dixere ſecundo. Lumina clarificat lacrimio ſi ſoluitur oui. Cōtritū vel femineo cū lacte tepenti. Acri cum vino tritum pice lacteqꝫ mixtis. Vulnera precipue curare recentia dicunt. Pingui porcino mixtū medicabitur vſtis. Admixtum melli pannaricia decuit vnguis. Thus bene cōtritū.vinoqꝫ tepente ſolutū. Affirmat auri multū prodeſſe dolenti ⁊c.



# Capitulū.ccccxxxv.

Valeriana. Fu arabice. Grece lichinis. Latine vero maranella. Valeriana: herba gatte.herba benedicta amantilla . genicular; antilla. ſiſtar valentina .ſerpillum maius.

¶Serapion libro aggregatoris capitulo Fu. auctoritate Dyaſcoridis. Fu eſt ſpica ſilueſtr; habens folia ſimilia folijs herbe que dicitī greꝫce yposellinum.vel yſopellinū.⁊ habet ſtipitem vnius brachij longitudine aut amplius. cui⁹ color declinat ad purpureitatem. ⁊ eſt interius concauus ⁊ nodoſus. habens florem in figura ſimilē narciſco.niſi q2 eſt minor eo.ꝫ in albedine eſt ſicut ille.⁊ eſt in eo parū purpurei coloris.⁊ illud quod eſt inferi⁹ eſt groſſius ꝙ qđ eſt ſuperius.ſicut ſpica frumenti. Radix eius ſubruſa in modum paruuli digiti.⁊ ingrediuntur ab inferioribꝫ eius come inuolute ſic ſquinantum . ⁊ elleborus niger.⁊ ſunt inuicem adherentes.quarum color vergit ad albedinem.⁊ habet odorem bonum.et eſt aliquantulum ī ea de odore nardi cum pauca pinguedine. Et qđ de ipſa adminiſtratur eſt radix eius cū comis ſuis.¶Galienus.viij.ſim.far.capitulo Fu.ſm tranſlationē; grecam. Fu.id eſt valeriana aromatica quodāmodo eſt huius herba nardo ſimilis ſm virtutem:ſed ad plurimū; deficiens. Et idem eodem libro ſm tranſlationē arabicā. In radice ipſi⁹ plante eſt aromaticitas .⁊ virtus eius aſſimilatur virtuti ſpicenardi.⁊ eſt ca. in.ij.gradu.⁊ ſicca in fine eius.

## Operationes.

¶Dyaſ.ſm trāſlationē noſtrā Fu.id eſt valeriana. Multi nardū agreſtē appellant. Naſcitur in ponto. Folia hꝫ ſimilia elleboro :vel ſilia yposellino:ſiue apio ſiluatico. Haſta eſt illi lenis ⁊ mollis ſubpurpurea ⁊ nodoſa creſcens de terra cubito vno aut ampli⁹. Flores ſimiles hꝫ narciſco in figura.niſi q2 eſt minor eo:ſed ſimilis in albedine.radix eſt illi in robore digiti minoris ſilis iunco.aut elleboro nigro colore ruffa cū odore grato.ex qua alie creſcūt parue implicate ſunt elleborus niger.

¶Plini⁹ capitulo fu. Fu genus eſt herbe odorate: in ponte naſcitur per interualla: nodos habens et flores albos minores ꝙ narciſcus. que habet folia ſimilia apij ſiluatici.tyrſum ruſum mollem ⁊ cauū aclevē. Radix ei⁹ ſubruſa in modum puſilli digiti.ex qua alie creſcunt minores implicate. vnde equalis eſt virtutis ſpice.ꝫ plus ꝓuocat vrinam.et eſt calida in tertio. ſicca in ꝓncipio ſecundi.eſt feruentis virtutis

et mictualis.
¶ Paulus capitulo fu. Fu ca. eſt ⁊ ſic. in ſcdo gradu. Radix eius in medicina ponitur. virtutem habet diureticam.
¶ Gal. ſcḿ trāſlatiōe; ara. Fu ꝓuocat vrinam.
¶ Dyaſ. Fu ferūētis eſt ꝟtutis et mictualis. cuius elixatura facit ad lateris dolorē. Mēſtrua incitat. antidotis miſcetur.
¶ Paulus. Contra ſtranguiriam ⁊ diſſurriam detur vinum decoctionis eius. Herba etiam decocta ⁊ ſuppoſita vrinam prouocat. ad digeſtionem confortandam ⁊ dolorem ſtomachi ex frigida cauſa detur vinum decoctionis eius: ⁊ ſeminis feniculi vel maſticis cum ſucco alicuius herbe diuretice.
¶ Contra vicium pectoris detur vinū decoctionis eius: vel ſuppoſitorium ex bombice intincta in confectione facta ex puluere eius ⁊ oleo muſcellino vel cōmuni. Contra opilationem ſplenis ⁊ epatis ex frigida cauſa: vinum detur decoctionis eius.
¶ Yſidorus. Fu eſt herba: in ponto naſcit̃ folijs oleaſtro ſimilibus. Platearius. Fu eſt herba que alio nomine dicitur faleriana. in ſecūdo gradu calida ⁊ ſicca. In eſtate radices eius colliguntur et ad ſolem exſiccantur. ac ꝑ triennium in efficacia multa ſeruantur. Radix tm̄ in medicinis ponitur. Eligenda eſt illa que ſolidam intus habet ſubſtantiam et nō perforatam. que cū frangitur non puluerizat̃. Habetq; virtutem diureticam.
¶ Vinum decoctionis eius datur ꝯtra ſtranguiriā ⁊ diſſurriā. Herba etiā ipa in vino cocta ⁊ ſuppoſita ꝓuocat vrinam. ⁊ ad ꝯfortandum digeſtionem. ⁊ ad dolorem ſtomachi ex frigida cauſa vel ventoſitate. Datur vinum decoctionis ei⁹ ⁊ ſeminis feniculi vel maſticis cū ſucco alicuius herbe diuretice.
¶ Cōtra vicium pectoris ex frigida cauſa datur vinum decoctionis eius vel aqua. Ad ſuperfluitatem matricis mūdificandā fit ex ea fomentū vel etiam ſuppoſitorium.
¶ Auicenna. Fu. Folia eius ſunt ſicut folia apij. Et crus eius vnius cubiti plus planum et tenerum. cuius ſupremum eſt digiti groſſitudini proximum ac purpureum. nodos habēs ⁊ florem ſicut narciſcus. vel maiorem. In albo etiam ipſius eſt quaſi purpureum. Inferi⁹ in radice ſua emittit ramos. Et in ipſa radice eſt odor aromaticus.
¶ Confert dolori lateris: vrinam prouocat ſi bibatur. ⁊ eius decoctio ꝓuocat menſtrua: pl⁹ etiam ſpica.

## Capitulū. cccclxxxvj.



Verbena. yſid. Verbena: ſiue verbena. d̄r q̄ſi pura. ſ; a grecis gerebotanea nomen accepit. eo ꝙ remedijs ac ligamētis hominū ac purificatiōib; ſacerdotū a gētilib; apta ꝓbata eſt. vñ ⁊ pōtifices illā appellabant ſaginen q̄ſi ſancinen. ¶ Pli. lib. xxv. Nulla tm̄ romane vtilitat; pl⁹ h; q̄ȝ iherebotane. quam nr̄i verbenatam vocant. Hac iouis mēſa vergit̃. domuſq; purgant̃ ac luſtrant̃. Duo ſūt ei⁹ genera. folioſa que femina putat̃. Mas folijs rarioribȝ. vtriuſq; plures ramuli tenues. cubitales. anguloſi. folia minora q̄ȝ quercus ⁊ anguſtiora. diuiſuris maioribȝ. flos ꝑo glaucus. radix lōga. tenuis. ⁊ vbiq; naſcitur in planis aquoſis. Quidā āt nō diſtinguūt: ſ; vnum tm̄ faciūt gen⁹. eo ꝙ eoſdē vtraq; habeat effectus.
¶ Pandecta ca. cclxx. Herebotanū vel periſterion grece. arabice albea. latīe āt herbena ſiue verbena vel ſacra herba. ¶ Sciendū ꝙ prima ſpēs gerebotani eſt centrum galli. ⁊ eſt ſupina. Scda ſpēs gerebotani eſt verbena. q̄ d̄r Gallinacea. ⁊ eſt recta. ⁊ ideo vocat̃ ortos. Et hoc Dyaſco. dicit in cap. de gerebotano. Et pma ſpēs gerebotani a quibuſdā vocat̃ periſterion ⁊ illa eſt centrū galli. Et ido in Pādecta lr̄a. p. facit ſemotim cap. ab illo qd̄ incipit Herebotanū. ⁊ illud qd̄ incipit Periſterion. Vn̄ dic̄ gere

botanũ.ideo nomẽ accepit ta le.q̃m ſacerdotes eam purificationibus adhibere cõſueuerunt. ¶Dyaſ.ca.de gerebotano. Gerebotanũ quam multi periſterion aut verbenam dicunt. Species habet duas. Una eſt ſupina: altera recta. Prima vocat ſidericis curetis. ⁊ alcbea ⁊ cypeꝛiſſis. vt aſculapi⁹ in libꝛo ſuo memoꝛat. et Pythagoꝛas criſceptron nominat. latine dr̄ licima quaſi luſtrago vel vertipediũ vel centrum galli. Scd̃a quã erectam diximꝰ. vocat etiã trigomon bumo. vel gerebotanum bercularia. latine criſta gallinacea vel berbena vtraq̧ folia ſubalbida ⁊ veluti inciſa habent. ⁊ virgas in cubiti longitudine ⁊ amplius anguloſa. et radices tenues ⁊ longas.



## Operationes

A ¶Dyaſ. Radix verbene ⁊ folia cũ vino bibita ⁊ cataplaſmatib⁹ adhibita victeericiſ medent.

B ¶Et moꝛſib⁹ occurrũt. Foliorũ eius.ʒ.i.cũ vino impoſita per dies quattuoꝛ et gargariſmo ipſa folia adhibita vulnera oꝛis et putredines tollunt.

C ¶Elixatura eius ſi in conuiuio aſperſa fuerit bilaritatem pꝛeſtat.

D ¶Datur vero tertionariis cum foliis tribus ⁊ radicibus tribus. quartanariis ꝓ quattuoꝛ numero. foliis ⁊ radicib⁹ tota berba vulnera glutinat ⁊ alienationes ſtringit.

E ¶Et ad oĩa venena potui data optime facit. Decãt berba idẽ nomẽ accepit: ſcʒ vt ſacerdotes eã purificatiõib⁹ adhibere ꝯſueuerũt.

F ¶In paſſionario babet q̄ ſi medic⁹ viſitando infirmum ipam in manu poꝛtauerit neſciente egroto: ⁊ dicet egroto. qualiter es. ſi eger dicet bene ſanabit. ⁊ ſi dicet male: moꝛiet.

G ¶Paulus. Aqua decoctionis eius matricem mundificat optime: et mẽſtrua pꝛouocat. Semen eius cum ſucco feniculi oculis impoſitũ ipſos mundificat.

# Capitulum.cccclxxxvii.

Erbaſco. yſidorus. Uerbaſcum latini berbam quã greci appellãt flamos. Harum altera eſt maſculus albidioꝛibus et anguſtioꝛibus foliis. Altera vero femina foliis latioꝛibus atq̧ nigris. lanuginoſis ⁊ birſutis.

## Operationes.

A ¶Plini⁹ li.xxvi. Cõtra tuſſim bibit verbaſc⁹. cuius flos eſt aureus: atq̧ tanta vis buic eſt vt etiã iumentis nõ mõ tuſſientib⁹: ſʒ ylia trabentib⁹ in potu auxiliet. qd̃ ⁊ de gentiana reperit. ¶Ex berbario. Uerbaſcus naſcitur in locis ſabuloſis. ¶Ad podagram bec berba cõtuſa ⁊ impoſita doloꝛem ſedat.



## Capitulū.cccclxxxviii.

V Ecticon. Dyaſ.ca. Vecticon. ſm trāſlationē arabicā: herba eſt q̄ hʒ folia ſimilia edere. v. aut. vij. ſʒ paulo maiora ſpanſa circa terraʒ. deſup alba anguloſa ⁊ viridia cum multis ꝟgis duoꝝ palmoꝝ. flos eſt illi viridis. in verno maxime naſcit̄. haſta ipſius tenuis eſt ita vt vix poſſit videri.

### Operationes

A ¶ Dyaſ. Folia ei⁹ molli addita ignē ſacꝝ extinguūt tumoribꝫ oībꝫ medent̄. B ¶ Sicca fumigatio ei⁹ oīa etiā ſilr̄ facere nouit. Mortuos i vtero infantes excludit ciato vno cū mulſa bibito

C ¶ Radicem ei⁹ ſiccā pone ſup carbones de vite aminea. aut de oliua ⁊ cooperi. ⁊ ei⁹ qđ eſt ſubtile de emboto infirm⁹ teneat in ore ⁊ fumū recipiat. poſtea vinū amineū modicū glutiat.

D ¶ Illa herba etiā aperit orificia venarū.



## Capitulū.cccclxxxix

V Eccia latine. grece yſoforacus. arabice lachinis ſiue lechurios.

### Operationes.

A ¶ Gal. pmo de cibis ca. veccia. Figura boꝝ ſeminū nō eſt rotūda ſic̄ fabe: ſʒ ſublata magꝭ ſimilis lentibꝫ. reponunt aūt agricole. ⁊ h̄ cum ipſis folliculis. ſimiliter cum totis plantis gratia alimenti brutoꝝ animalium.

B ¶ In fame autē vidi ⁊ ex his quoſdam comedentes. et maxime adhuc viridibꝫ exn̄tibꝫ ſicut cicera ⁊ fabas comedūt. ꝯſueta aūt ſunt nō in delectabilia ſolū: ſʒ indigeſtibilia ⁊ ſiſtitiua ventris. neqꝫ boni chimi generatiua.

C ¶ Apta ad ſanguīs groſſi melācolici generationē ſicut ⁊ lenticula. ſʒ illi q̄dē multa bona adſunt. huic aūt nullū illoꝝ bonoꝝ ineſt.



## Capitulū.ccccxc.

V Ermicularis. Pādecta ca.cclv. Herba graſſula eſt herba de qua inuenitur maior ⁊ minor. et minor eſt vermicularis. Dyaſco. Vermicularis eſt herba q̄ ſimilatur herbe graſſule maiori.

### Operationes

A ¶ Sera. Semen illius herbe eſt ca. ⁊ ſic. in. iij gradu. ⁊ expellit lumbricos.

B ¶ Et dr̄ q̄ repit̄ ſup terrā i corazeni poſtq̄ pluit

C ¶ Et qn̄ bibit̄ de eo tritū expellit lumbricos et aſcarides. ⁊ laxat ventrem.

D ¶ Auicen̄. Vermicularis ca. in. iij. ⁊ eſt ſemen arenoſum interficit vermes ⁊ aſcarides.



## Capitulū. ccccxcj.

Vernix latine. arabice ſandaros vel baratin vel greſſa vel ſandaraca. grece gium Sera. li. ag. c. ſandros. i. vernix. ⁊ ē gūmi ca. ⁊ ſic. cōplexiōis eſt in. ij. gdu. Et idē auc. Habix. ca. eſt ⁊ ſic. ſ; caliditas ē pauca. ⁊ ē ſilē karabe. ſ; nō eſt dux. ⁊ ī eo pax ē amaritudis. ⁊ affert a terris xpianox. ¶ Paulꝰ ca. ď vernice. Vernix ē gūmi cuiuſdā arboris q̄ in xpianox ptib; naſcit. q̄ arbor iuniperꝰ vocat. vñ ab eo tpe eſtiuo q̄dā gūmoſitas egredit: q̄ actiōe calox exſiccat ⁊ indurat. Et ď vernix: q̄ cū colligit ē albi coloris. ⁊ cū antiquat eſt ſubcitrini. ⁊ cū plus antiquat eſt ruffi colox. q̄cūq; ſit dūmodo ſit lucida ⁊ clara eligēda eſt. Et ď etiā vernix q̄dā q̄đ ɔficit ex oleo ſeminis lini ⁊ vernice. ⁊ inde illiniunt vel ɔſolidant colores apđ picturā Habet āt vernix ꝟtutē ɔglutinandi ex viſcoſitate ſua ⁊ clarificādi ⁊ ɔſeruādi. q̄đ ſatis ptz. Nā pictores ſupra alios colores ɔſeruant.

## Operationes.

A ¶ Sera. Vernix aūt q̄đ eſt gūmi abſq; confectione valet ɔtra fluxū ſanguis ex narib; ſi puluis eiꝰ cōfectus cū albumine oui tpib; ⁊ fronti ſupponat. ɔtra vomitū colericū fiat ex puluere eius emplaſtrum ⁊ olibano ⁊ albumine oui et ſtomacho ſuperponatur.

B ¶ Idē etiā fiat ɔ diſſinteriā addito aceto. ⁊ ſupponat pectini. puluis etiā eiꝰ in ono ſorbili datꝰ valet ɔ vomitū colericū vel diſſinteriā. val; etiā puluis ɔ interiorē ⁊ exteriorē ſolutionē.

C ¶ Serapion pdicto libro ⁊ cap̄. Vernix ɔfert catarro q̄n fit fumigatio cū ea ⁊ deſiccat vlcera. ⁊ abſcindit ſanguinē menſtruū.

D ¶ Et Idem auc. Bedigoras. de ꝓprietate eius. ⁊ ɔfert catarro ⁊ deſiccat fiſtulas. ⁊ eſt ſicca et calida in. ij. gradu. euellit ſupfluitates flegmaticas que ſunt in ſtomacho ⁊ inteſtinis.

E ¶ Et occidit lumbricos ⁊ aſcarides. et confert fluxibilitati neruox q̄ accidit a frigiditate ⁊ humiditate ⁊ repletione.

F ¶ Et idem aucto. Habix. q̄n fit fumigatio cū eo confert catarro capitis. et q̄n pulueriſatur ſup vlcera deſiccat ea.

G ¶ Et idem auc. Atabari. Sandaraca eſt ſimilis karabe in virtute ſua. ⁊ cōfert fumigatio eiꝰ corize. ⁊ deſiccat fiſtulas. ⁊ ɔfert ſputo ſanguis ⁊ emorroidibus. Et eſt gummi citrini coloris: ſimile karabe. ⁊ eſt in eo parum amaritudinis. ⁊ affertur a terris chriſtianox. ⁊ virtus eius eſt ſimilis virtute kara be.

H ¶ Et q̄n fit cū ea fumigatio: ɔfert fiſtulis. ⁊ q̄n accipit ex ſandaraca ⁊ oleo roſax ⁊ linit cū eo: ɔfert ſciſſuris q̄ fiunt in mēbris ⁊ manib; ⁊ pedib;. ⁊ ſi nō inuenies pone loco eiꝰ pondus tertie ptis plꝰ pōdere ipiꝰ de karabe. q̄đ dixit Gal. eſſe gummi haur romane.

I ¶ Ubi ſciendum q̄ illud vocabulū ſandaraca aliter intelligit in libris arabū. ⁊ aliter ī libris grecox. Nā arabes p ſandaraca intelligūt vermicem ſic iam dictū eſt. ſ; greci p ſandaraca intendunt quendā lapidē rubeū. Unde Pliniꝰ. Sandaraca affert a Ponto ⁊ Capodocia et Sicilia. ⁊ eſt lapis ignei coloris.

K ¶ Dyaſ. ca. de Sandaraca. In eiſdē locis naſcitur vbi auripigmentū. Hoc etiā dicit Dyaſco. ca. de arſenico. Et dicit q̄ eligēda eſt ſandaraca q̄ eſt colore ruffa valde ⁊ facile terribilis. et crepula mūda. colorē hñs cynnobori. ⁊ odorē ſulphuris. Uirtuſq; ei ſimilis arſenico. vñ eſt cauſtice virtutis ⁊ dyaforetice ⁊ ſtiptice.

L ¶ Reſine mixta alopicias curat. cū pice vngues leproſos excludit. oris vulnera ⁊ nariū curat. Omes puſtulas cū oleo purgat. Oleo mixta pediculos curat. Puſtulas cū adipe mixta mūdat. Condilomata ani compeſcit.

M ¶ Empicis cū melle ⁊ vino vtiliter datur. Fumigio tuſſim ꝓhibet. maxie reſina mixta. Fumus ore accepꝰ vocē limpidat. cum melle accepta ſic electuariū aſmaticis medicat. ſiue voci obtuſe cū reſina vt captapucia accepta.

A ¶ Yſaac in viatico ſimiliter ſeqͣr modū grecorū ſic cap. de dētibꝫ putridis. ⁊ ca. de morfea.
B ¶ Similiter Galienꝰ in antbidotario minori in antidoto illo qđ incipit medicamen ad polipum narium.



## Capitulū. cccccxcij.

Viola latie. Arabice feneſlig vl' feneſigi Grece leūcis. Sciendū ꝙ tria ſūt genera violaꝝ. vt Dyaſ. dicit ca. leuc. Sꝫ tñ Sera. li. ag. c. Feneſlig. nō loqͣr niſi de vno. ſcꝫ viola purpurea. qm̄ viſus eiꝰ magis ꝯuenit medicinis. ſꝫ alia duo genera ſūt ſpēs cheuri. ſic appa-ret in cap. cxi. ſuperiꝰ de C. ¶ Sera. li. ag. cap. feneſlig. Feneſlig. i. viola. eſt herba cuiꝰ folia ſunt minora folijs cuſſij et nigriora. ⁊ nō elongant multū ab eis in figura ſua. Et habet ſtipitē egredientē ab vna radice. ⁊ eſt ſup eū plus Et in ſummitatibꝫ eiꝰ eſt flos boni odoris coloris purpurei. Naſcit in locis vmbroſis ⁊ aſperis. ¶ Gal. vi. ſim. far. c. de Viola. ſm̄ tranſlationē noſtrā. Folioꝝ huius herbe ſubſtātia eſt ſubfrigida ⁊ aquoſa. Uirtus eoꝝ infrigidat parum. Dyaſ. ca. Leucis. i. viola. omībꝫ eſt nota. Eſt eñ in floribꝫ habens diſtantiā. quia mellinū album ⁊ purpureū florē oſtendit Johannes meſue. ca. de violis. Viole ſunt medicina tempata ꝯueniens. ⁊ fit p eas male q̄litatis pmutatio ⁊ nature ſolutio. Melior eſt quecunqꝫ ex p̄mis. qm̄ nō inuenit eā calor reſoluēs ꝟtutē aut pluuia diſſipās frigida eſt ⁊ hūida in p̄mo gradu. Et q̄ ſicca eſt minꝰ eſt humida ⁊ minus frigida. Eſt eñ in recente humiditas ſupflua ſupgrediēs caliditatem eiꝰ aqua eſt pfectio et ſpēs. Cū aūt exſiccat ⁊ reſoluit humidū ſupficiale ipſiꝰ manifeſtat amaritudo eiꝰ q̄ eſt ꝓpter caliditatē q̄ fuerat ſepulta. ⁊ eſt tunc ca. plus ⁊ ⁊ minus hu. Eſt eñ in recente hūiditas ſuperflua ꝓpter quodqꝫ recēs eſt ſolutione p ventrē educit lambificādo. que ꝟo ſicca eſt educit diſſoluendo. ⁊ ip̄a quidē eſt infrigidatiua narcotica ſedatiua doloꝝ calidoꝝ. ⁊ extinctiua inflāmationū ⁊ lenitiua ⁊ ſolutiua. Eſt ex debiliter ſoluētibꝫ. ⁊ vigorat cū alijs laxatiuis. Et propter h̄ q̇dam addunt q̄ntitati eoꝝ medietatem ex turbit: ⁊ faciunt trociſcos. ⁊ vigorant cū hoc operationē eaꝝ. Et q̇dam addūt ſcamoneam. ⁊ ip̄a quidē ⁊ oleū eaꝝ ingredit in emendatōēꝫ medicinaꝝ acutaꝝ. Succus autē ipſaꝝ et ſyrupus ex eis leniendo. Et viole ſicce educunt diſſoluendo. Et ipſe quidem condiunt cū zuccaro ⁊ melle ſunt maioris abſterſionis ⁊ minoris alterationis. ⁊ cū zuccaro ꝯtrariū faciunt Et cito ꝙ non ſubſtinent de decoctione aliquid qua ſit ſupfluitas. ⁊ ſuccus eaꝝ ſimiliter ⁊ corroborat acetū cū infuſione eaꝝ. ⁊ fit mirabile febribꝫ multe inflammationis. ⁊ eſt melius oleū earum. fundamentum cuius eſt oleum onfancinum aut amigdalinum.

## Operationes.

¶ Galienꝰ. Ip̄a herba tam p ſe q̄ꝫ cū alfitis ſuperpoſita remediū calidis p̄ſtat flegmonibus ſuppoſita aūt in orificio ventris incenſionē patientis vel in oculis. A

¶ Serapion. Uirtus eius eſt que lenificat et ſedat apoſtemata calida qñ ponunt ſub ea ſola aut cum farina ordei. ⁊ confert inflāmationi q̄ fuerit in ore ſtomachi ⁊ in oculo. Sed flos eiꝰ cum hoc ꝙ ſedat inflāmationeꝫ oris ſtomachi habet proprietatem relaxandi coleram. Et fit emplaſtrum cum folijs tm̄ huius herbe aut cū ſauich. ⁊ infrigidat ⁊ cōfert apoſtematibꝫ calidis oculoꝝ ⁊ exitu ani. B

¶ Et dꝛ ꝙ flos eius a ꝓprietate q̄ eſt in eo qñ bibit cum aqua ꝯfert ſquinantie ⁊ epilentie q̄ accidit pueris. ⁊ eſt illa que vulgariter dꝛ mater puerorum. C

¶ Et idem aucto. Aben Meſuay. De ꝓprietate eius laxat coleram a ſtomacho ⁊ inteſtinis: ⁊ confert inflammationi que eſt in eis. et ſode D

ꝛ ſquinātie q̄ accidit infantibꝫ qn̄ ſumit̄ cū aq̄
ca. Et qn̄ aliq̄s vult de ea exhibere in potu ad
laxandū ventrē exhibeat ab.ʒ.iiij. vſq̄ ad.vi.
E ¶ Dyaſ. Flos purpureꝰ ſedat īflāmatiōes oris
ſtomachi ꝛ ocloꝝ. ꝛ aq̄ hꝰ floris ꝯfert ſquinātie
Laxat colerā a ſtomacho ꝛ inteſtinis. ꝛ cōfert
īflāmatiōi q̄ eſt in eis. folia eiꝰ ſūt ſic folia cuſ/
ſus: ſ; minora ꝛ rotūdiora. ſ; mellinꝰ color medi
cine neceſſariꝰ eſt. q̄ ſuccꝰ elixatꝰ ꝛ fomēto adhi/
bitꝰ tumores ſtericos curat: mēſtruis imperat.
F ¶ Cerotis mixtus ragadias ani ad ſanitatem
ꝑducit melle addito puſtulas. ꝛ inflatōes tol/
lit. ſemen eiꝰ cū vino bibitū.ʒ.ij. aut ſuppoſitum
mēſtruis impat. aborſum facit. Radices eius
cataplaſmatibꝫ adhibite cum aceto ſplenē ſic/
cant. Podagricis medicantur.
G ¶ S; viola alba ꝑiectorie eſt ꝟtutꝭ ꝛ extenūa/
torie. ſ; flos plꝰ. decoctio āt herbe mēſtrua ꝓ/
uocat ſi poſt partū nō ſequat̄. fetū mortuū ex/
trahit ꝛ viuū corrūpit ꝛ educit: matricꝭ inflāma
tionē ſanat ſi tam fortis eſt mulier. ſi in peſſa/
rio poſita omnia ſimiliter facit.
H ¶ Jo. meſue Solutione educit colerā ꝛ alterat
eiꝰ acceſſum. ꝛ viole ꝯferūt inflāmatiōibꝫ oibꝫ.
ꝛ ſedant ſodā factam a calore vehemēti. ꝛ ſunt
ſomnifere ꝛ faciūt chorizam. ꝛ leniūt pectꝰ et
guttur. ꝛ ꝯferunt vuee ꝛ ſquinātie.
I ¶ Et iuuamētū magnū eoꝝ ē a ꝑtibꝫ pectoris
ꝛ pleureſi. ꝛ ſedāt ſitim. ꝛ ꝯfert ſicce opilatōi epa
tis ꝛ apoſtemati eiꝰ. ꝛ calide yctericie. ꝛ ſunt iu
uamēti magni ī febribꝫ inflāmatiuis ꝛ ſiti ꝑ eas
Doſis potiōis eaꝝ ē ab.ʒ.iiij. vſq̄ ad. viij. ꝛ ſuc
ci eaꝝ ab.ʒ.i. vſq̄ ad. ij. Et ſyrupi eaꝝ ab.ʒ.iij.
vſq̄ ad.iiij. Et ꝯditi eaꝝ ab.ʒ.i. vſq̄ ad.iij.
K ¶ Bartholomeus in lib. de ꝓprietatibꝫ rerum.
Viola ꝓpter violentiā odoris ſic ꝛ nominata.
vt dicit yſi. Cuius tres ſunt ſpecies. ſ. purpu/
rea alba ꝛ mellina. Sed omniū; folia nature
frigide ſunt ꝛ aquoſe. ꝛ ideo ſolutiue.
L ¶ Herbe quidē modica eſt viola in ſubſtātia q̄
recēs eſt melior q̄ꝫ antiqua. cuius flos maximi
eſt odoris. vn̄ odor eius cerebri calorē mitigat:
ꝛ ſpūs animales recreat ꝛ ꝯfortat.
M ¶ Flores vernales ꝓus oriunt̄ ſic ſe citiꝰ mani
feſtant paruitatē eius in ſubſtātia magnitudo
odoris pariter ꝛ virtutis notabiliter recōpen/
ſat. vt dicit Dyaſcorides.
N ¶ Platearíꝰ. Viola fri. ē in ꝑncipio ꝑmi ḡdus
ꝛ hu. in fine ſecūdi. Habet virtutē lenīēdi. hu/
mectādi. refrigerādi. relaxandi. Viole contrite
ſup ca. apoſtemata in ꝑncipio valent. Fomen/
ta ex aqua decoctiōis ipiꝰ herbe facta circa pe/
des ꝛ frontē in acutis ſomnū ꝓuocat.
O ¶ Raſi. Viole ſomnifere ſunt. capitis dolorē a
calore factū remouēt. Colerā nigrā ō ſtomabo
ꝛ inteſtinis pūrgat. calorē eoꝝ mitigat.
¶ Macer. Necroſeus ſuperare decor nec lilia
pn̄t. Fragrātes violas ſpecie nec vi nec odore.
Dicitur humida vis illius ꝛ frigida ꝑmo. Eſſe
gradu ſpecies tres eſſe legunt̄ eaꝝ. Noſcere q̄s
tm̄ diuerſo flore valemꝰ. Nam ſunt purpurei
flores albiq̄ nigriq̄. Cunctis pene pares ſūt
in medicamine vires ꝛc.



## Capitulū. cccxciiij.

Virga paſtoꝝ. Pādecta ca. ccxviij. Di/
pſeus grece. arabice perſenda: vel di/
placos: vel harſiarbay: vel aybſacos.
latine ꝓ virga paſtoris: vel cardo fullonum.
Sciendū q̄ due ſunt ſpecies virge paſtoris. ſc;
maſculꝰ ꝛ femina. Maſculꝰ eſt quem Dyaſ. ſm̄
tranſlationē noſtrā ca. Dipſeus vocat dipſeus
et eſt ſm̄ ipm̄ frutex ſpinoſa. ꝟgā hn̄s lōgā ſpi/
nis plenam. ꝛ folia in circuitu ſimilia lactucis.
in ſingulis nodis bina habens folia. ꝛ ipa ob/
longa ꝛ ſpinoſa intus. ꝛ deforis ſpinis plena. ꝛ
habet etiam contracta folia. que plūuiam ꝛ au
ram in ſe retinent. vnde ꝛ nomen accepit. Di/
pſeus. id eſt ſitiens in virgis ſuis. capita ſur/
gunt. ſingula ſpinoſa ſimilia echimo maritino
ſed oblongiora: que ſiccata album faciunt co/
lorem. ꝛ in virga deintus vermes naſcuntur.

Sera.li.ag.c. Harſiarbay.auc. Dyaſ. Harſiarbay vel dipſacus eſt ſpina q̄ pannos faciunt. ⁊ latine dr̄ ꝟga paſtoris: ⁊ cardo fullonū. et eſt ſpēs ſpinaꝝ hn̄s ſtipitē longū ſpinoſū. et folia eiꝰ ſunt ſimilia folijs lactuce. ⁊ ſup quelibꝫ nodū ſtipitis ſunt duo folia amplectentia ſtipitē. longa ſpinoſa in medio eoꝝ interiꝰ ⁊ exteriꝰ habēt ſimilitudinē veſicaꝝ aque. ⁊ ſunt ſpinoſa etiā. ⁊ habet iuxta ſtipitem concauitatē in qua colligitur pluuia ⁊ ros. Et ideo nominat̄ dipſeus id eſt ſitiens. Sup quelibet ramū eius eſt capitellum ſimile echino marino: aliq̄ntuluꝫ in longitudinem tendens ſpinoſum. qḋ cum deſiccatur fit albū. Et qn̄ ſcinditur reperiunt̄ in medio eius vermiculi parui. ⁊ iſta eſt virga paſtoris maſculus. Et idem Serapion loco allegato. Sunt eius due ſpecies. Maſculus ⁊ femina. Maſculus eſt herba que naſcitur omi anno. ⁊ habet ramulos ſeu ꝟgas tenues. molles. ſubtiles. nodoſos. ⁊ dilatat̄ ſup faciem terre ſicut gramen. ⁊ habet folia ſimilia folijs rute: niſi ꝙ ſunt lōgiora ⁊ molliora. ⁊ habet iuxta vnūquodꝗ foliū ſemen: ⁊ ꝓpter h̄ dr̄ maſculus. ⁊ habet florem rubeum. Sed femina eſt quam Serapion vocat in lingua perſica Perſerianum. Et Dyaſcorides vocat eam Poligonos ⁊ eſt centum nodia. Femina que ara. vocatur harſiarbay. Latine vero cauda vulpis. Et eſt ſcḋm Serap. herba hn̄s plantā paruā ⁊ virgā vnicā tenerā ſimilē canne. ⁊ in nodis ipſiꝰ ſunt folia egredientia ab ipa ꝟga ſimilia folijs pini. ⁊ habet radicē in q̄ nullū eſt iuuamentū. naſcit̄ iuxta aquas. ¶ Gal'. vi. ſim. far. cap. Dipſeus. Dipſeꝰ vel dipſacus eſt ꝟga paſtoris. plurimū qḋ eſt in ipſa eſt frigiditas. ⁊ in ſapore eius eſt ſtipticitas. Et virtus eius eſt q̄ infrigidat ⁊ deſiccat in ꝑncipio tertij gradꝰ. ⁊ radix huiꝰ plante deſiccat in. ij. gdu. ¶ Auicen̄. li. ij. cap. de ꝟga paſtoris. Virga paſtoris eſt maſculus ⁊ femia. ſed maſculus eſt fortior. in ipa eſt ſtipticitas. ſꝫ pars aquea in ipſa eſt plurima. Et ꝓpter multitudinē repulſionis materierū effuſaꝝ eſtimat̄ qḋ eſt exſiccatiua fortiter.

## Operationes.

¶ Dyaſ. Eſt ꝟga paſtoris maſculus. radix eiꝰ deſiccat in. ij. gdu ⁊ abſtergit. que cocta i vino ⁊ tunſa. ⁊ ſic cerotū impoſita. vel ſi amplaſtrat̄ cū ea anus curat ciſſuras ani. ⁊ ragadias et fiſtulas ⁊ emorroidas interiores. quod medicamen in pixide enea conſeruandū.

¶ Et clauos corpis mundat. ⁊ formicas ⁊ vermes q̄ in capite huiꝰ plante inueniunt̄. in corio ſuo ligati ⁊ collo ſuſpēſi aut in brachio dicunt̄ febrem quartanam penitus curare. ⁊ medetur mirmices et acrocordines.

L ¶ Sera. Virga paſtoꝝ femia eſt: cuiꝰ vtꝰ repercutit ⁊ incarnat ⁊ ꝯfert inflāmatiōi oris ſtomachi qn̄ apponit̄ extra. ſic eſt poſtq̄ trita fuerit. ⁊ cōfert apati qḋ dr̄ heriſipila: ⁊ apatibꝫ antiq̄s.

D ¶ Et repcutit ⁊ ꝓhibet humores qui fluunt ad mēbra. et ex melioribꝫ medicinis heriſipile. qn̄ dilatat̄ ⁊ extenditur ambulans de membro ad membꝝ. ⁊ ꝯfert vlceribꝫ alijs. ⁊ vlceribꝫ manifeſtis. ad que humores fluunt ⁊ conglutinat vulnera recentia cum ſuo ſanguine.

E ¶ Et ꝯfert vlceribꝫ aurꝭ. ⁊ ſi ē in ea ſanies deſiccat eā. ⁊ abſcindit fluxū mēſtruoꝝ īmoderatū.

F ¶ Et curat vlcera inteſtinoꝝ ⁊ ſputū ſanguis. ⁊ ſiſtit fluxū eiꝰ vndecūꝗ fluat. ⁊ in om̄ibꝫ his maſculꝰ eſt fortior q̄ femia. vn̄ hꝫ maſculꝰ ꝟtutē ſtipticā frigidā qn̄ ſumit̄ in potu ex ſucco eius: ꝯfert ſputo ſanguīs ⁊ fluxui ſanguīs antiquo ⁊ egritudini q̄ dr̄ colirica. ⁊ diſtillationi vrine. qꝛ ꝓuocat vrinam ꝓuocatione forti.

G ¶ Et qn̄ ſumit̄ in potu cū vino ꝯfert morſibus venenoſis. ⁊ qn̄ bibit̄ in febribꝫ periodicis ante acceſſionē paroxiſmi ⁊ horā ꝯfert multū.

H ¶ Et qn̄ fit naſcale cū ea mulieri habēti fiſtulā ⁊ vlcera in matrice: ꝯfert iuuamētū magnū. ⁊ abſcindit fluxum humiditatū antiquarū ab ea. et diſtillatur ex ea in aurem. ⁊ cōfert dolori eius ⁊ ſaniei que fluit ab ea.

I ¶ Et quando coquit̄ cum vino ⁊ miſcet̄ ei mel ꝯfert iuuamentū vlceribꝫ matricis. ⁊ fit emplaſtrum cum folijs eius. ⁊ inflāmatiōi ſtomachi ⁊ ſputo ſanguinis ⁊ formice ⁊ heriſipile. ⁊ apoſtematibus calidis ⁊ frigidis in principio eorum. ⁊ quando coquitur cum vino et terit̄ bene donec fiat cerotum.

K ¶ Et emplaſtrat̄ cū ea anus curat ciſſuras q̄ ſunt in ano ⁊ emorroidas interiores. ⁊ oportet ꝙ hec medicina reponat̄ in pixide enea. ⁊ curat ſpecē formice q̄ dr̄ paragodes. Et dicunt quidam ꝙ vermes q̄ reperiunt̄ in capitibꝫ huius plante qn̄ ligatur in corio ſuo.

L ¶ Et ſuſpendit̄ in collo ⁊ hūero habētes quartanam curat eam ſi deus voluerit.

M ¶ Auicen̄. Virga paſtoris ꝓhibet fluxū. et fit ex ea emplaſtrū flegmoni ⁊ heriſipile ⁊ formice. eſt valde ꝯferens apoſtematibꝫ vlceratiuis.

N ¶ Et cōſolidat vulnera recentia. ſuccus eius interficit vermes auris. ⁊ exſiccat vlcera eius. aqua eius confert ſputo ſanguinis. et fit ex ea emplaſtrum inflāmationi ſtomachi. et prohibet fluxum ſanguinis ⁊ matricis. ⁊ ſanat vlcera inteſtinorum.

O ¶ Et Dyaſcorides quidem exiſtimauit ꝙ ipſa prouocat vrinam ⁊ ſanat illum qui retinet eā et poteſt eam emittere.



# Capitulū.ccccxciiij

Vitis latine. Arabice harim vel harin Grece ampeleos. Sera. li. ag. ca. Harim. Virtus ex ea eſt domeſtica ꝛ ſilueſtris. ꝛ alba ꝛ nigra. Domeſtica ē vitis vini. ꝛ ſilueſtris eſt q̄ grece vocat̄ ampeleos agria. haſtas hꝫ lōgas ꝛ lignoſas ꝛ aſperas. Folia eius ſtrigno ortino ſimilia. ſꝫ latiora ꝛ minora. florē hꝫ ſicut capilli. ſꝫ ſemen hꝫ vt botrus. Qd̄ cum matura uerit rufum facit colorē obrotundum. Alia ſpēs eſt q̄ vocat̄ lābruſca vel vituſu. cuiꝰ flos vocat̄ ynantus vel ynāntiū vel ante flores. ꝛ eſt maſculꝰ. de q̄ inuenies in c. xxviij. ſuperiꝰ de A. ꝛ eſt plāta in q̄ ſunt grana ꝑua ſilia botris vue paruis. ꝛ qn̄ ſūt matura coloꝛ eoꝝ ē rubeus. ꝛ figura ſui grani eſt rotūda. ꝛ racemi ſui botri reſeruant̄ in ſūmitate eiꝰ. ꝛ grece vocat̄ amboloſagine. Eſt alia ſpēs vitis q̄ dr̄ vitis alba. ꝛ eſt brionia. ꝑ q̄ lege ca. lxxv. ſupiꝰ de B. Galie. vi. ſim. far. ca. Ampeleos melana. Ampeleos melana ſiue vitis nigra vocat̄ hec ꝓprie brionia. de qua lege viticella hic infra. ꝛ eſt vera brionia. Sciendū ꝙ brionia ſupra de B. non eſt vera brionia. ſed autores illam appellāt vitis alba ſiue brionia alba.

## Operationes

¶ Gal. vi. ſim. far. c. vitiſ. Vinū vitis albe domeſtice eſt ca. i. ij. g̃du. ꝛ vetꝰ ex eo eſt in. iij. g̃du. Et muſtū eſt i ꝑmo. ꝛ manifeſtat̄ vnūq̄dqꜫ in ꝑmo g̃du. ꝛ ꝑ manifeſtatiōeꝫ caliditatiſ inuēte in eo.
¶ Vitis domeſtice ſuccus ſm̄ Sera. ꝛ potiſſime folioꝝ eius ꝯuenit habentibꝫ vlcera in inteſtinis ſunt fri. ꝛ ſtiptice. ꝛ q̇ exſpuūt ſanguinē. ꝛ q̇ ꝯquerūt̄ de ardore ſtomachi. ꝛ ꝑgnātibꝫ habentibꝫ appetitū corruptū. ꝛ caprioli eius qn̄ infundunt̄ in aqua ꝛ bibitur faciunt hoc.
¶ Et lacrimis vitiſ ē ſilis gūmi: qꜫ coagulat̄ ſup palmites. q̇ potatꝰ cū vino expellit lapidem.
¶ Et linit̄ cū eo empetigo ꝛ curat eam. ꝛ ſcabiē vlceroſam ſimiliter ꝛ nō vlceroſam. ꝛ oportet ꝙ anteq̄ꜫ linias cū eo ꝙ linias membꝛ cū nitro ꝛ oleo aſſidue ꝛ abradas pilos. Et infra cap. Vinum. latius dicet̄.



# Capitulū.ccccxcv.

Virem ſm̄ Serapionem li. ag. ca. Virem. ſunt ſpēs ſcꝫ abſi. ꝛ indū qd̄ appellat̄ arabicum. ꝛ eſt rubei coloris. et eſt idem qd̄ curcuma. Radix eiꝰ affert̄ ex terris in hyeme. ꝛ hꝫ grana ſicut grana paſſule. Et melius ex eo eſt rubeū habens pauca grana. ꝛ aliud eſt quod adheret manui. ꝛ habet colorē viole. ꝛ exteriꝰ eſt rubeum. cuius toxicum multū. Et

toricum quidẽ eſt res pauca minuta mollis
adherẽs manui qñ tangit᷑ vagina ei⁹.et ipſuz
quidẽ linitur ſup morpheam confert ei.

## Operationes

¶ Virtus virem eſt calida ⁊ ſicca in ꝑncipio
tertij gradus.qđ ſi linit᷑ ad morpheã cõfert.
¶ Viriditas inuẽta ſup aquã q̃ arabice vocat᷑
batalep.⁊ i ligua hiſpanica mulſas ſꝫm Auer-
roi in ſcđo Colliget.eſt calida ⁊ hũida in.ij.



## Capitulum.cccccxvj.

VIſcus latine ⁊ grece.arabi. dabalch
vel bele vł hiſos. Sera.li.aggre.ca.
dabalch auct. Dyaſc. Dabalch.i.vi-
ſcus. Melior ex eo eſt nou⁹ q̇ ſilis eſt in colo
re ſuo colori porri. Exteri⁹ ꝟo eſt ſubruſus ſi
ne aſpitate ⁊ ſine furfureitate. ⁊ fit ex fructu
rotũdo paruo q̇ naſcit᷑ in arbore glandiũ.⁊ fo
lia ei⁹ ſunt ſic folia arborꝫ buſſi. Fruct⁹ ğ iſte
ↄtundit᷑ ⁊ abluit᷑.deinde coquit᷑ in aq̃. Sunt
aũt q̇dã q̇ maſticando fructuz ipm faciũt vi-
ſcum.reperit᷑ etiã in arbore piroꝝ ⁊ maloꝝ:⁊
in multis alijs arboribꝫ.⁊ aliqñ in radice ar-
boꝝ aliquaꝝ paruaꝝ.⁊ latine vocat᷑ hec plã-
ta viſſago. Ego aũt vidi in monte Nabazat
hoĩes q̇ faciũt ex arbore magna que naſcitur
apud eos:⁊ apud ipos vocat᷑ tarabella.⁊ la-
tine vocat᷑ Caprifoliũ. Accipiũt q̇dẽ ramos
ipſius excoriãt eos facientes faſciculos.⁊ in
fundũt in aqua ⁊ dimittũt ſic aliquo ex men-
ſibꝫ.deinde ↄtundũt ↄtuſione forti:⁊ fit inde
viſcus bon⁹. Et virtus ei⁹ eſt ſimilis q̇ ſubti
liat.attrahit ⁊ diſſoluit:qꝛ habet virtutẽ reſo
lutiuã. ¶ Dyaſ.ca. Viſcus ſꝫm trãſlationem
noſtram. Viſcus in ramulis naſcens quodã
animali volatili:ſcilicet turdella viſcat᷑. Naz
illud ſi moratur in ramulis arboꝝ: glutinat᷑
⁊ inde naſcuntur virgule plurime.et fit viſc⁹
qui ſemꝑ viridis inuenit᷑. Eſt autez optim⁹ q̇
in arbore quercus creſcit.⁊ q̇ eſt mũdus ſub-
uiridis.⁊ ſi extendat᷑ non corrumpitur.ſed vt
membrana extenuatur.

## Operationes

¶ Galien⁹.vi.ſim.far.ca.de viſco. Subſtan- A
tia viſci eſt cõpoſita ex aq̃ſa ſuba ⁊ aerea.⁊ de
his ambabꝫ eſt in eo multũ.⁊ ex terrea pauca
⁊ in ſapore ei⁹ eſt acuitas plus q̃ꝫ amaritudo
¶ Et virt⁹ eius eſt que calefacit:non tamẽ ci B
to qñ apponit᷑ corpori.ſed poſtq̃ꝫ facit moraz
in corpore ſicut facit tapſia.⁊ nos q̇dez dixi-
mus in his que preceſſerũt:q꜡ hec reos inue-
nitur in medicinis.quaꝝ virtus eſt que cale-
facit:cum quaꝝ calefactione eſt humiditas
ſuꝑflua indigeſta. ꝟtutes habet acres.duri-
cies mollire poteſt. Nam de ꝓfũdo extrahit
humorẽ cũ vehemẽtia.⁊ nõ ſubtile tantũ:ſed
⁊ pingues digerit.mox quidem calefacit.ſed
tꝑe diuturno impoſit⁹ calefacit vt tapſia.
¶ Auicẽna li.ij.ca.de viſco. Viſcus eſt not⁹ C
omĩbꝫ.⁊ ei⁹ quidẽ fruct⁹ ſimilis eſt ciceri ni-
gro vel ſincere. rotũdus virgulat⁹ frangibil᷑
ex quo man⁹ inuiſcant᷑.eius aũt minera ẽ ar
bor ferens glandes ⁊ pira et mala in q̇bꝫ ſunt
virtus aquea ⁊ aerea multiplicate valde qui
ex eo bonus eſt.eſt recens plan⁹ coloris por-
ri interius:viridis exterius.teritur et lauat᷑.
deinde coquit᷑.⁊ nõ calefacit niſi poſt moraz
longam ſicut gũmi rute agreſtis:⁊ eſt debili
orea in hoc.⁊ in ipo quidẽ eſt humiditas ſu-
perflua indigeſta.⁊ eſt ca.⁊ ſic.in.iij.⁊ eſt reſo
lutiuus.reſoluit eñi humiditates groſſas.et
ꝓfundo corpis ꝓpter fortitudinẽ ꝟtutꝫ attra-
ctiue:⁊ lenit.⁊ dixerũt quidã q꜡ nõ ineſt ei ope
ratio in humiditatibꝫ niſi tenuibus.
¶ Serapion aucto. Dyaſ. Quãdo viſc⁹ mi-
ſcetur cum reſina pini maturat apoſtemata q̃ D
fiunt in radice auris ⁊ alia apoſtemata.
¶ Et quando miſcetur cum olibano curat vl
cera antiqua.⁊ quando miſcetur cum calce ⁊ E
cũ lapide gagatis: aut lapide aſio.⁊ coquitur
cum eis.⁊ ponitur ſuꝑ apoſtemata fraudulẽ-
ta: aut ſuper duriciem ſplenis curat. Et reſol
uit apoſtemata ⁊ duricies.
¶ Et qñ miſcet᷑ cũ auripigmento citrino aut F
rubeo.⁊ ponit᷑ ſuꝑ maculas aufert eas.et qñ
cũ calce miſcetur ⁊ rob excludit vngues.
¶ Auicenna. Viſc⁹ eradicat vngues malas G



191

cũ ſuper eas ponitur cum arſenico. ⁊ reſol
uit apoſtemata frigida.et proprie confortat/
tur cum calce: ⁊ lenit vlcera antiqua et vulne
ra mala.⁊ lenit iuncturas cũ tam tanta cera.
quantum ⁊ ipſū ⁊ cum equali pondere ſui de
reſina pini.⁊ confert apoſtematibus frigidis
D poſt aures.¶ Et mixtus cum gummi pini et
cera extenuat ſplenem cum ſup ipſū ponitur
cum aliquib⁹ reb⁹ ipſiu⁊ confortantibus ſicut
eſt calx ⁊ huiuſmodi.



## Capitulum.cccxcvij.

V Iticella. Pandecta ca.cclxvij. Feſe
ra arabice vel feſire.grece ampeleos
leuce.latine viticella vel vitis alba.
Sed ſciendũ q̃ Galien⁹ vbiq; vocat vitē albā
vel nigrā brioniā. Et Dyaſco. ſil'r ſm̃ trāſlati
onē arabicam. Sed Galien⁹. vi.ſim. far.ca.
Ampeleos melana.dicit̃ q̃ vitis nigra ꝓprie
dicit̃ Brionia.hoc ſil'r apparet in capi. vitis
patrũ ſupra. Sera.libro aggre.ca.feſera. Fe/
ſera herba eſt que habet folia et capriolos in
ſimilitudinē vitis cōmunis.niſi q2 ſunt aſpe/
riora et rami ⁊ caprioli adherent implicātes
ſe quibuſcunq; approximāt ex arboribus a/
lijs ⁊ ſuſpenduntur eis cum capriolis ſuis.⁊
habet fructum ſimilem racemo rubeo.

## Operationes

¶ Dyaſcorides ca.ampeleos. Ampeleos leu
ce: id eſt brionia ſiue vt latine vitis alba. ha/
ſtas ⁊ folia ſilia hab⁊ viti nr̃e: ſed aſpera ⁊ mi
nora.caprioli ſimiles ſunt implicātes ſe ſemē
ipī vuule ſil'e.eſt ⁊ butrioſum rarum.
¶ Dyaſco. Viticella in vino elixa et comeſta
ventrem ⁊ vrinā mouent.virt⁹ eſt folijs ⁊ ha/
ſtis ipſius ⁊ radici viſcida. vnde vulneribus
chironis impoſita medicatur. Cancros ⁊ va
gedenia vulnera ad ſcabiem ꝓducit. Tibijs
vulnera tollit.ſale addito ⁊ in cathaplaſmati
bus adhibita ⁊ compoſita.
¶ Radix ei⁹ colorē corꝑis bonum reddit.ru/
gas vultib⁹ diſtēdit. Lentigines purgat ma
gnis cicatricib⁹ colorē ꝓpriũ reddit. Linores
⁊ panaricia emēdat.cũ vino in cathaplaſma/
tib⁹ adhibita duricies ſpargit. Apoſtemata
curat. Oſſa corpori infixa eijcit. Medicami
nib⁹ ſtipticis neceſſario miſcet̃.
¶ Epilentic;.ʒ.i.adhibita anno toto ꝓ̄ſtolat̃
ſiũ mō accepta apoplexie ⁊ ſtomatic; ſingu/
lare p̄ſidiũ eſt maxie.ʒ.ij.accepte ſingul' cau/
ſis ſil'r ꝯuenit morſib⁹ venenat;. Aborſum fa/
cit.plus vero accepta maniā facit.
¶ Secūdinas deponit. Vrinā ꝓuocat.mel/
le addito vt electuariũ datũ diſnoic; ⁊ offoca
tionib⁹ preſtolat̃. Tuſſim ⁊ dolorē capitis et
lateris cōpeſcit. De alto cadētib⁹ ⁊ ꝯquaſſa/
tionib⁹ maximũ remediũ eſt obulo vno cum
aceto bibita ſplenem deſiccat dieb⁹.xxx.
¶ Accepta cum caricis cathaplaſmata om/
nia ſimiliter facere poteſt.cocta in aqua ⁊ fo/
mento adhibita ſtericas purgat.infantes nō
coagulatos deponit. Verno tempore herba
ipſa exiccatur.
¶ Cuius ſuccus cum mulſa bibitus omīa ſi/
militer facere nouit et flegma deponit. Se/
men vero eius tritum ⁊ perunctum ſcabiem
et leproſos curat. Lac mulieribus prouocat
Succus eius cum ſucco ptiſane coctus lac
mulieribus preſtat. Succus baccaru⁊ eius
lac vberibus ſiccis reddit.
¶ Cime eius vrinā mouent mediocriter. Ra
dix autē proiectoriam ⁊ extenuatoriā virtu/
tem habet ⁊ deſiccat mediocriter.
¶ Et ideo ſplenem reſoluit ⁊ ſclirofim poſita
extrinſec⁹.aut ſuppoſita cum ficubus: leprā
⁊ ſcabie⁊ ſanat.datur etiā in cibo pro ſplene.
⁊ ꝑ vrinam ſplen digeritur. Hec herba tā lau
dabilis eſt vt in tyriacis potiōib⁹ mittatur.
Miſcetur ⁊ pulchrificijs medicaminib⁹ cũ
oleo decocta donec areſcat detrahit.

¶Cõmuniter autẽ radix cutem fricabilem ꝛ
extenſam facit. Medetur aũt effelidas ꝛ len
tigines ꝛ maculas nigras cum orobo atq; te
rachia ꝛ fenugreci ſemine. Item ſi tecum eaꝫ
portaueris omnia mala a te effugient.

congelatum in veſica. ꝛ cũ aqua mellis fran-
git lapidem. ¶Et aperit opilationes matricꝭ E
et ſoluit melancoliam et flegma ſicut epythi-
mum quando bibitur ſicca cum oximelle. et
ipſa ĩ partibꝫ noſtris caremus.





## Capitulum. cccccxcviij.

Vethuen. Auicẽna libro. ij. ca. vethu-
en. Vethuen eſt planta habens vir-
gas minutas. ſup quas ſũt flores al-
bi. habentes folia ſimilia floribꝫ maro. acuti
ſaporis ꝛ odoris. ꝛ eſt ca. in. iij. ſic. in. ij. Et ẽ
ex ea alia citrina. alia alba. eſt digeſtiua. ape-
ritiua opilationũ. ꝛ ĩ rubea eſt ſtipticitas.

### Operationes

a ¶Auicẽna. Vethuen ꝓuocat ſudorẽ. et eius
oleum inunctũ aperit orificia venaꝝ. ꝛ reſol-
uit apoſtemata in ſtomacho: ꝛ ſanguinẽ con
b gelatũ in ipo. ¶Et cõuenit apoſtematibꝫ fri-
gidis. Conuenit fiſtulis ꝛ vlceribꝫ neruorꝫ.
cum in decoctione eius infundit̃ ſpongia. et
ponitur ſup egros ꝛ facit ſubeth.
c ¶Et odoratur humiditas eius ꝛ facit dormi
re. Conuenit aſmati cum bibitur ſicca: ſicut
bibitur epithimum.
d ¶Et prouocat fortiter, ꝛ reſoluit ſanguinem

## Capitulum. cccccxcix.

Volubilis latine. gre. cuſſus. ara. Je-
blech. Jo. Me. ca. de volubili. Vo-
lubilis plꝛes ſunt ſpẽs. Una ẽ q̃ dr̃ fu
nis arboꝝ. cuiꝰ flos eſt albꝰ. ꝛ eſt ſicut ruba.
ꝛ habet lac. et vocat̃ volubilis magna. Et eſt
alia cuiꝰ rami repũt ſup terram ꝛ ſup ramos
plantaꝝ. q̃ folia ꝛ flores hꝫ minores. ꝛ dr̃ vo-
lubilis parua. Et eſt alia ſpecies eius hñs fo
lia ſubalbida ꝛ lanuginoſa. ꝛ hꝫ lac. Et eſt ſpe
cies alia aſpera hñs folia ſicut ſũt citrulli fo
lia. cuiꝰ flos eſt ſicut ampulle adherentes. et
vocat̃ lupulus. Et eſt q̃rta ſpecies eiꝰ cuiꝰ ra
dix eſt ſicut feſcireſim ꝛ magiſ groſſa. ĩmo eſt
groſſitudo eiꝰ in modũ cucurbite maioris. et
eiꝰ ſtipites eleuant̃ ſup radicẽ ſuã circiter cu
bitos duos. ꝛ folia eius ſunt ſtricta parua in
modũ ſagitte alate: q̃ ex leui cã fluũt. ꝛ hꝫ lac:
ꝛ vocatur dñs lacticinioꝝ. ꝛ ex ea fit ſcamo-
nea. qđ inuenies in ca. ccccxix. de S. Meſ
or duaꝝ ſpecieꝝ primaꝝ ẽ magna: hñs folia

in modū ſagitte alate:melior eſt q̄ orit̄ i locis tēperatꝫ remotꝫ ab exceſſu. Inq̄t Dyaſ. Magna eſt eq̄lis. declinat tñ ad caliditatē. ⁊ ē ſic. in. ij. ⁊ eſt reſolutiua: maturatiua: aperitiua. abſterſiua ⁊ ſolutiua. lanuginoſa ꝟo ca. ē i exceſſu vlceratiua ⁊ inciſiua. Sagittal' ꝟo ca. ē ⁊ ſic. in. ij. gradu. Et dixit Gal. in ꝑncipio tertij. lac ꝟo in fine tertij. ⁊ eſt acris vlceratiua. ⁊ eiꝰ acrimonia nō eſt ī vehemētia lacticinij maioris. ⁊ eſt in q̄libet eiꝰ parte plante acuitas ⁊ ſeroſitas: ſed plus in lacte ipſiꝰ. ⁊ eſt in ea abſterſio ⁊ reſolutio. ⁊ iſta ē ſcamonea. Lupulus vero eſt equalis ad frigiditatē declinans. ⁊ dr̄ q̄ eſt in ꝑncipio ꝑmi. et eſt verius. Eſt autē ſedatiuus doloꝝ calidoꝝ extinctiuus inflāmationū ⁊ lenitiuus.

## Operationes

A ¶ Jo. Me. Rectificatio magna aperit orificia venaꝝ. ꝓpter qđ miſcēdū ē ei aliq̄d ex draganto ⁊ maſtice. ⁊ rectiꝰ qđ vigorat operationē eiꝰ eſt aqua caſei cū ſpica ⁊ maſtice.

B ¶ Ex ſagittali aūt nō ꝯpinat̄ ad ſoluēdū niſi coagulū eiꝰ. ⁊ eſt ſcamonea. Lanuginoſa vero prorſus vitāda eſt. Solutōe enī educit ſan-

C guinē. ⁊ eſt venenū. ¶ Item lanuginoſa educit excoriādo. Lupulus vero aſperſa educit de colera citrina rem aliquā ⁊ mūdificat ſanguinē ab ea: ⁊ clarificat ip̄m: ⁊ ſedat inflāmationē eius. ⁊ affert ei iuuamentū magnū infuſio ipſius in aqua caſei.

D ¶ Et ſyrupus eiꝰ remouet yctericiā: ⁊ aqua parū vtuntur adminiſtratione eiꝰ medici tēporis noſtri: cū ſit medicina bona.

E ¶ Et ip̄a quidē ⁊ ſuccus eius cū ſauich ordei ſedat dolorē capitis ca. ⁊ ꝯuenit calefactioni ſtomachi ⁊ epatis. ⁊ ſyrupus eiꝰ ꝯuenit febribus colericis ⁊ ſanguineis.

F ¶ Magna ꝟo ſolutiōe educit colerā aduſtā cū facilitate: ⁊ ap̄it opilationē epatꝫ ⁊ meſeraicaꝝ. ⁊ ꝯuenit ycteritie cū ſucco apij ⁊ endiuie. aut cū aqua caſei. ⁊ ꝯuenit apoſtemati epatis cal. extrinſecō. ⁊ ſedat ſodā antiquā. et

G ꝓprie cū oleo ro. aut camomille. ¶ Et ſuccus eius eſt ex eis q̄ ſanāt vlcera in aure. et eſt ex medicinis pectoris ⁊ pulmonis: mūdificans ea a ſupfluitatibꝫ: ⁊ cōuenit aſmati valde.

H ¶ Et ꝯuenit febri longi t̄pis. ⁊ ꝓprie. ſe. opilationū. ⁊ eis quaꝝ materia eſt colera citrina.

I ¶ Ex radice vero ſagittalis fit emplaſtrum ⁊ oleo roſarum aut camomille. ⁊ ſedat ſodā frigidam antiquam: ⁊ curat emigraneā. Doſis potio volubilis magne in decoctione eſt circiter. Ʒ. iiij. Lupuli vero infuſiōis ī aqua caſei potione libra. i.



## Capitulum. cccc.

Vua paſſula. Galienꝰ. vi. ſim. far. cap. de vua paſſa. Aſtaſis. i. vua paſſa. digeſtiue ſimul ⁊ ſtiptice et dyaforetice lente participat virtutis.

## Operationes

¶ Dyaſc. Albe paſſule ſūt plus ſtiptice. ⁊ carnes paſſularū q̄n extrahunt̄ ab eis grana et q̄n comedunt̄ ꝯueniūt canne pulmonis: ⁊ cōferunt tuſſi renibꝫ ⁊ veſice.

¶ Et q̄n paſſule comedunt̄ ſole cū nucleis cōferunt vlceribꝫ inteſtinoꝝ. ⁊ q̄n caro paſſularū miſcet̄ cū farina ⁊ gneiſi. i. ſcariola et ouis ⁊ modico melle: ⁊ comeditur admixto modico pipere: expellit flegma ꝑ os.

¶ Et q̄n miſcet̄ cū farina fabarū et cimino. et fit inde emplaſtꝝ: ꝯuenit apoſtematibꝫ ca. inteſtinoꝝ. ⁊ q̄n paſſule piſtate miſcent̄ cū ruta: ⁊ fit inde emplaſtrū: delet qđ apparet in cute ex clauis ⁊ vlceribꝫ fraudulētis. ſ. cancro.

¶ Quādo fit ex eis emplaſtꝝ cū opopanaco conuenit podagre. ⁊ q̄n ponitur ſuꝑ vngues eradicat eos. et meliores ex eis ſunt keſmes ſine granis. ⁊ poſt eas ſunt pingues ſubtilis corticis ⁊ parui grani.





## Capitulum.ccccci.

v Uvaverſa. Bartho. i li. de ꝓprietatibꝫ rerū. Uvaverſa a humeo mēs dr̄. ꝛ eſt dicta q̄ſi hūida: eo ꝙ intriſecꝰ hūorꝫ ē plena. Uñ dic̄ Iſi. li. xvij. Ex tribꝫ āt cōponit̄ uva: ſcꝫ ex follicul̄: glacea ꝛ arillis. folliculi dicunt̄ vinacia: in qbꝫ glacea ꝯtinet̄. Et ē glace ſuccus ſiue hūoꝛ pinguis ipſiꝰ vue. Itē ſūt verticarie ſic dicte a magnitudine ꝛ longitudine.

### Operationes

¶ Sal. vi. ſim. far. ca. vuaverſa inq̄t. Uvaverſa ſunt indigeſtibilia. ſuba eius eſt groſſa terrea: ꝙ ut ꝛ guſtu declarat̄. qꝛ ſapoꝛ eiꝰ eſt acerbus vel ponticus. ¶ Uirtꝰ eius fri. in. i. ſic. in ij. ꝛ ſtipticat ꝛ cōſtringit. ꝛ conuenit oī fluxui ventris iuuamento magno.

## Capitulum.ccccccij.

v Umbilicꝰ venerꝫ vel cymbalaria latine. grece colitidon. Dyaſ. Colitidon id eſt vmbilicꝰ venerꝫ eſt herba: folia hꝫ ſicut acinctabulū obꝛotūda ꝛ alta: ꝛ latenter cōcaua. ꝛ haſtā breuē in q̄ eſt ſemē poſitū. Radix eſt ei obꝛotunda vt oliua. Eſt alia colitidon que folia hꝫ pinguia ꝛ latioꝛa ꝛ ſpiſſa ſicut bugellas. folia q̄ ſunt circa radicē ſūt ſicut oculus picta. guſtu ſtiptica. haſtaꝫ habet tenuem. cuius flos ꝛ ſemen ſimiles ypericon. Radix eſt illi maioꝛ predicte.

### Operationes

¶ Sal. vij. ſim. far. ca. Colitidon. mixte ē ꝟtutis. ſ. hūide: frigide: ꝛ cuiuſdā obtuſe. ſtipticitatꝫ amare. vnde infrigidat ꝛ repcutit ꝛ abſtergit ꝛ dyaforat. Pli. ca. colitidon herba ē oībꝫ nota. cuiꝰ natura ex hūido frigido ꝛ parꝫ calido refrigeratoꝛia. ¶ Dyaſco. Uirtꝰ ꝓme ſpecici eſt ꝙ ſuccꝰ radicꝫ eiꝰ ꝛ folioꝝ punctꝰ: aut fomēto adhibitus tumoꝛē nature ſpargit. A B

¶ Ignem ſacrū extinguit: et ꝑniones curat. Scrofis impoſitꝰ eas ſpargit. Stomachi eſtuationē tollit. Radix comeſta cū folijs calculos frāgit. Urinā ꝓuocat. ¶ Hydropicis in oximelle datꝰ ſingulare p̄ſidiū eſt. Et multi ad amoꝛē eam colligunt. Hec mixtā habet virtutē infrigidandi ꝛ humectandi. Hec etiā nō a parte ſtipticā vim cū amaritudine modica. vñ infrigidat ꝛ repꝛimit ꝛ proijcit et digerit inflāmationē. ergo flegmonē curat: ꝛ i ſtomacho cām habētibꝫ vtiliſſima eſt. ¶ Cathaplaſmata tunſa ꝛ impoſita vulnera q̄ ſunt cū ruboꝛe ꝛ roſulas ſanat. ſuccꝰ eiꝰ iniectꝰ ad veretri exiccationē (quā greci fimoſim vocant) valet. ¶ Galie. Colitidon curat flegmones C D E F

heriſipilatos.⁊ heriſipilas fleg.et maxīe ſto.
ardētis vtilis.⁊ ſufficiēter epiplaſmata. cre-
dita aūt ſūt folia cū radice comeſta lapides
B frāgere ⁊ vrinas mouere.¶ Pli.Hec tūſa ⁊ i-
poſita vulnera curat ⁊ reſoluūt q̄ ſūt cū rubo-
re.i.roſulas ſanat. Tunſa ⁊ ſtomacho ipoſi-
D ta ardorē ⁊ inflāmationē ſedat. ¶ Radix vo
eius potata lapides frāgit. Greci vero dicūt
ꝙ leniter ſit humida frigida ⁊ ſtiptica.



## Capitulum.cccciij.

V Ngula caballina. Sciēdū ꝙ vngu-
la caballina duplicꝫ generꝫ eſt.vnum
aq̄ticū.aliud terrenū. Aq̄ticū ē nenu
far vel nymphea aq̄tica.vel cacabꝰ venerꝫ.vl'
papauer paluſtre.vl' alga paluſtrꝫ: hn̄s flores
alboſ.ſic appet i ca.cccix.ſupiꝰ de N. Terre
na ē q̄ vocaṫ vngula caballina gre. ⁊ ara.vo-
caṫ pbatanū vl' farfugiū. naſciṫ iuxta fluuiū.

### Operationes

A ¶ Sal'.vi.ſim.far.ca.de tuſſilagine.⁊ ē vngula
caballina vel nenufar terrenum vel farfana.
Noiaṫ aūt tuſſilago: eo ꝙ tuſſibꝫ ⁊ orthonoicꝫ
ꝯferēs crediṫ.ſi q̄s ſumēs fo.ſicca.vel radicē
ſup prunas ſumigās iſpiret ꝯſurgentē fumū.
B ¶ Eſt āt mediocriter acre:q̄re ⁊ rūpe ſine do
lore crediṫ vniuerſa apata q̄ in torace.viridia

vero folia ⁊ flores.flegmonē patientia mem-
bra cū difficultate digeſtionis exteriꝰ catha-
plaſmata iuuāt ꝓpter amiſſionē aq̄ſe hūidita-
tis: cuiꝰ oīa virida ⁊ tenera. Hec q̄dē magis:
illa vo minꝰ participāt.ſicca vo folia lilij a-
crioris ſūt vtutꝫ: vt cōpetāt flegmonē patien
tibꝫ.¶ Aui.li.ij.ca.de nenufare terreno: inq̄t E
eſſe fri.⁊ hu.cōplexionis in.ij.gradu.



## Capitulum.cccciiij.

V Rtica maior. Pandecta. ca.ccclxv.
Huiure vel varikflatū vel ſarichara
Grece inguidalis ac califex.latie vo
vrtica. Sera.li.aggre.auc. Dyaſ.ca. huiure.
Sunt eiꝰ due ſpecies. Una ea ē aſpior ⁊ ni
grior.hn̄s fo.latiora.⁊ hꝫ ſemen ſimile ſemini
canabis: niſi ꝙ eſt minꝰ eo. Alia vo hꝫ mino
ra folia.⁊ nō habet folia aſpera ſicut pma.de
qua in ſequenti ca.diceṫ. Et eſt ca.⁊ ſic. in.iij.
gradu.merito quidē igiṫ vt alimento nullus
vtaṫ ſine eo ꝙ maxima capiaṫ fame. Utilis
aūt ē eſt vt medicina ſubductiua ventris.

### Operationes

¶ Galie.lib. de cibis ca.de vrtica. Et idē.vi.
ſim.far.eodem ca. Acalifex ſiue vrtica maior
Huiꝰ herbe tam fructus q̄s folia ipſa maxie
admittanṫ ad opꝰ medicine. Dyaforetice eſt

virtutis vt puſtulas ⁊ parotidas ſanet. Ha-
bet aūt ⁊ ventoſitatis aliq̄d. quapropter im-
petus libidinis excitat: ⁊ maxime q̄n cū ſa-
pa bibitur ſemen ei⁹. q̄ autē nō vehementer
calefacit: ſit ſatis ſubtilium partium: ſit edu-
cens groſſoꝝ humoꝝ ⁊ viſcoſoꝝ qui in tora-
ce ⁊ pulmone. Teſtat̄ ⁊ in hoc q̄ patiunt̄ peri
cule corpis quas ꝯtingit. Illa vero ventoſi-
tas quā participare dicit̄: naſcit̄ dū ipſa di-
geritur. Non eni eſt actu ventoſa ſed poten-
tia. ventrē laxat moderate. et hoc ſolūmodo
q̄ mūdificat ⁊ cōmouet. nō eo q̄ purget.
B ¶ Dyaſco. Cathaplaſmatib⁹ impoſita corpo
ris fricatiōe atq̄ rubore: dolorē atq̄ pruritū
facit. deniq̄ recorporatiue ꝟtutis ſunt maior
videlicet ⁊ minor. Siīr limoſis atq̄ ſimilib⁹
duriciebꝰ medet̄ etiā eis qui ab aīalib⁹ vene
C natis fuerūt vexati. ¶ Itē cocta atq̄ cōtrita
emollit ventrē. Semen aūt ei⁹ ventrem mo-
uet. Folia ⁊ ſemē dyaforetica ſunt ⁊ leptome
ris abundāter ſine calefactiōe nimia. ſanant
ſtigmata ⁊ cyraculas ⁊ ragades. et ex torace
⁊ pulmone educit humores pingues et gluti-
noſos. habet aūt aliq̄d in ſe ventoſitat̄. ad lu
xuriā ꝓmouendā ⁊ excitandā libidinē. maxi-
me quādo cum ſapa bibitur.
D ¶ Acalifex calefactoria eſt: que potata cū vi-
no regium morbū emendat. ſemen ei⁹ in anti
dotis miſſum colericis prodeſt.
E ¶ Itē tritū cū melle ⁊ in modū electuarij da-
tū: tuſſim veterē ⁊ in frigore cōceptā emēdat.
ex calore ſuos oēs tumores diſſoluit.
F ¶ Sera. aucto. Galieni. Virt⁹ ei⁹ eſt q̄ reſol
uit reſolutiōe multa. et eſt cū hoc ei⁹ virt⁹ in-
flatiua. ⁊ ꝓpter hanc cauſam mouet coitum:
⁊ delet exituras: ⁊ apoſtemata que fiūt ꝑ au-
res. ⁊ facit exiccari hūores viſcoſos a pecto-
re ⁊ pulmone q̄n bibit̄. ⁊ curat vlcera corroſi-
na: ⁊ oīe cui cōuenit exiccatio. Et q̄n bibit̄
de ſemine eius cū rob excitat appetitū coi-
tus. ⁊ ſoluit ventrē ſolutione temperata. pro-
pterea quia abſtergit ⁊ cōmouet.
G ¶ Et folia ambarū ſpecierū quādo terunt̄ cū
ſale ⁊ fit emplaſtrū curat morſum canis et vl-
cera fraudulenta ⁊ carnoſa: ⁊ vlcera ſordida:
⁊ tortiones neruoꝝ ⁊ exituras. ⁊ apoſtemata
que fiunt poſt aures. Et fit cum eis cerotum
cum cera ad duriciem ſplenis.
H ¶ Et q̄n terunt̄ ex folijs eius ⁊ ponunt̄ in na-
rib⁹: abſcindūt fluxū ſanguinis. ⁊ q̄n terit̄ ex
eis ⁊ cōficit̄ cū myrrha: ⁊ fit inde naſcale ꝓuo
I cat mēſtrua. ¶ Et ponunt̄ folia ei⁹ ſup matri-
cem egreſſam: ⁊ eā reuocat intus. ⁊ ſemen ei⁹
q̄n bibit̄ cū rob excitat appetitū coit⁹: ⁊ ape-
rit orificium matricis. ⁊ terit̄ ⁊ cōficitur cum
melle ⁊ comedit̄. ⁊ cōuenit aſmati que non ſi-
nit hoīem iacere: ⁊ pleureſi. ⁊ expellit ſuꝑflui
tates a pectore. ¶ Et decoctio folioꝝ ei⁹ q̄n K
coquitur cū pauco myrrhe ꝓuocat mēſtrua.
⁊ q̄n folia ipa coquunt̄ cū limacijs molliunt
ventrem ⁊ ꝓuocant vrinā. ⁊ quādo folia ipſa
coquunt̄ cum ordeo expellunt ſuꝑfluitates a
pectore. ⁊ quādo fiunt gargariſmata cū ſuc-
cis eius: curat apoſtemata vulue.
¶ Et idem auctoritate Raſis. Oleum vrtice L
eſt magis laxatiuum q̄ oleum cartami: ſcili-
cet quādo tu comparas virtutem laxatiuam
vrtice virtute laxatiue cartami.
¶ Et idem aucto. Aben meſuay. Mouet coi M
tum quando comeditur cum cepis ⁊ vitellis
ouorum. ⁊ quādo teritur ſemen eius et ponit̄
ſuper cancrum conuenit.
¶ Et de ꝓprietate ei⁹ ē q̄ laxat flegma viſcoſū. N
⁊ q̄n excoriat̄ ſemē vrtice ⁊ terit̄: ⁊ miſcet̄ cum
melle ⁊ ſumit̄: laxat cū fortitudine. et oportet
tū q̄ non tangat linguā ⁊ caput merine adu-
rat ea. ¶ Et doſis ei⁹ a. xx. ḡnis vſq̄ ad. xxx. O
¶ Et idē auc. Iſaac. Soluit ventrē viſcoſuꝫ P
⁊ ꝓuocat vrinā. ⁊ cōuenit dolori renū: ⁊ iuuat
coitū. ⁊ maxime ſi comedat̄ cū cepis ⁊ vitel-
lis ouoꝝ. ⁊ q̄n bibitur cum ſemīe canabi: cō
uenit ſpleni ⁊ dolori lateris.



## Capitulum.cccccv.

V Rtica minor. Dyaſcorides. Urtica altera maior: altera minor. De maiori in pcedēti capitulo dictū. Minor vero que ꝛ vſualis eſt ꝛ ſimplex cū tenui ſemine: ac folijs nimis aſperis. ¶ Auicenna. Color ſeminis eius eſt ſimilis ſeminis porri: ſed tamen eſt minus ꝛ ſubtili⁹. ꝛ nō eſt in ei⁹ longitudine. ꝛ mordicat qḋ ei obuiat. ita ꝙ etiaꝫ inteſtina. Urtica ꝛ ſemen ei⁹ ſunt ca. in principio tertij gradus. ꝛ ſic. in. ij. ſed ſemē eſt minoris ſiccitatis ꝙ̄ ipſa. Eſt attractiua: vlceratiua: reſolutiua cum virtute aduſtiua. Et ſunt quidam qui dicunt calefactionē eius nō eſſe fortem. ꝛ in ipſa quidem eſt virtus aperitiua. ꝛ in ipo eſt abſterſio fortis.

### Operationes

Cantarides latine ꝛ grece. arabice derarie vel irane. Pandecta cap̃. cxxxv. Cantarides ſunt aĩalicule q̃ꝝ ſũt efficaciſſime: q̃ ꝛ in ſpicis frumẽti adhuc florẽtis inueniũt. Sũt hee varie ꝛ q̃ſi circa pẽnulas ſuas ſtricte ꝛ oblõge. Hee em̃ vapore aceti ſuffocãt ꝛ ĩ vaſe nõ picato reponũt. Sũt calide ꝛ acutiſſime. q̃ licet ſcabiei veſice ꝯferãt: veſicã tñ ſi ex eis multa ſumat q̃ntitas. vulnerãt
A atqꝫ ſanguinẽ mingere faciũt ꝛ interficiunt. ex q̃bꝫ parua accepta vrinã ꝓuocãt vehemẽter.

## Operationes

¶ Sera.li.ag.c.derarie.auc. Gal. Experti ſum⁹
B expientia non modica in vnguibus leproſis. ꝛ inuenimus ꝙ quando ponitur ſuper eas cũ ceroto confert multum: aut cum vnguento. auferunt em̃ vnguem ꝛ faciũt cadere totum.
C ¶ Et cãtarides ingrediunt in cõmixtione vnguentoꝝ ꝛ medicinaꝝ q̃ fiunt ad ſcabiẽ ꝛ egri
D tudinez cũ qua eleuat cutis. ꝛ in medicinis q̃ euellũt erucas q̃ dicũt capita clauoꝝ.
¶ Et ſũt q̃dã ex mgr̃is nr̃is q̃ dabãt ex eis ĩ potu miſcẽtes parũ ex eis ad ꝓuocandũ vrinã.
¶ Et q̃dã accipiebãt alas ꝛ pedes ipſaꝝ ſolum dicẽtes ꝙ hec ꝯferũt illis qui ſumpſerũt corpa ipſaꝝ. Et alij dicebãt ꝯtrariũ hui⁹. vicꝫ ꝙ corpa ipſaꝝ ſola iuuabãt eos q̃ ſumpſerũt alas ꝛ pedes earum.

¶ Ego ṽo miſcui oĩa ſil' corpa cũ pedibꝫ ꝛ alis ꝛ dedi. Ille ãt q̃ ſunt magꝫ iuuature ex eis ſunt ille q̃ reperiũt in tritico in quaꝝ alis ſunt linee citrine in latitudine ꝓtenſe. ꝛ ꝓprie qñ proijcis eas in olla terrea noua: ꝛ claudis orificiũ olle cũ pãne lineo ſup vas in q̃ ſit acetũ feruẽs donec ſuffocent ꝛ moriant.

¶ Et ſilr oportet ꝙ fiat ex aĩali q̃d dr̃ xoſoſtis: qñ volum⁹ ipm̃ reponere. Et ſilr eſt ſpẽs aĩalis ſil'is cantaribꝫ ĩ figura ꝛ ṽtute. Et ſilr vermis viridis q̃ reperit ſup arborẽ pini. Uirtus ei⁹ ẽ ſic virt⁹ eaꝝ. Poſtq̃ꝫ ṽo ſunt cantarides mortue: inſerant in lino ꝛ reponant.

¶ Dyaſ.ca.cãtarides. Meliores ex eis ſunt: q̃ ſunt diuerſoꝝ coloꝝ. ꝛ in alis earũ ſunt linee tranſuerſe citrine. ꝛ ſunt groſſe ꝛ oblõge.

¶ Operatio aũt illaꝝ q̃ ſunt vni⁹ coloris eſt debilis. ꝛ ṽtus cantaridaꝝ eſt putrefactiua. calefactiua. vlceratiua. Et ꝓpter h̃ miſcent cũ medicinis ꝯueniẽtibꝫ apoſtematibꝫ cancroſis: ꝛ ad ſcabiẽ vlceratã: ꝛ empetiginem.

¶ Et qñ ponũt in naſcalibꝫ ꝓuocãt mẽſtrũa.

¶ Et eſtimauerunt quidam ꝙ quando miſcentur cum aliquibꝫ confectionibus ad hydropiſim conferũt propter virtutem earum quam habent in ꝓuocando vrinam.

¶ Auicenna libro. ij. cap̃. Cantarides. Dixerunt quidam ꝙ ſunt ſuperflue caliditatis. Et dixerunt alij ꝙ ſunt calide ꝛ ſicce in tertio gradu. ſed p̃mum eſt verius. Et cantaris eſt acris acuta putrefactiua aduſtiua.

¶ Et eradicat verrucas linita: ꝛ fit ex ea cerotum: ꝛ linit ex eo albedo vnguis: ꝛ ꝯfert ei.

¶ Et eradicat vnguẽ mollificatũ velociter qñ fit ex ea emplaſtꝝ: ꝛ remouet morfeam: ꝛ albaras linita cũ aceto. ꝛ qñ ex ea trita cum ſynapi fit linimentũ. facit naſci capillos.

¶ Et ſimiliter quando coquitur cum oleo donec inſpiſſet. Et linitur ſuper apoſtemata canceroſa ꝛ reſoluit ea. Et linitur ſuper ſcabiem ꝛ empetiginem.

¶ Inquit fili⁹ Meſarugie. Ipſa incidit vngulam valde. ꝛ parũ de ea prouocat vrinam valde. Et parum de ea adiuuat medicinas ꝓuocatiuas ad ꝓuocandum abſqꝫ nocumento. Et prouocat menſtrua: ꝛ facit aborſum.

¶ Dixerũt quidã. datur in potu vna earũ ei q̃ ꝯquirit de veſica ſua ꝛ ꝯfert. Et dant in potu tres ta naſgi de ea ꝛ exulcerat veſicã.

¶ Inq̃t Galien⁹. Ipſa exulcerat veſicam. ꝛ eſt ꝓpterea qꝛ facit materias acutas declinare ad eam a q̃bꝫ corpus nõ euacuat cũ ꝓprietate que eſt in ipſa.

## Capitulum .xx.



Carbates. Alb. in li. de na. aĩaliũ inq̈t. Carbates q̇dã mẽtiẽdo dicũt aues q̃s vulgus bomgenſe. ħ eſt arboꝝ anſeres vocãt (vt etiã ſupꝰ audiuiſti ĩ cap̃. xiiij) eoꝙ ex arborib9 naſci dicũt. a q̇b9 ſtipite ⁊ ramis depẽdẽt q̃ ĩter corticẽ eſt nutrite. Dicũt etiã aliq̃n ex putridis lignis hec aĩalia in mari generari (vt ſupꝰ dictũ ẽ) ⁊ p̃cipue ex abietũ putredĩe. Aſſerẽtes ꝙ nemo vnq̃ꝫ vidit has aues coire vł oua re. Et ħ oĩno abſurdũ ẽ: qꝛ ego ⁊ mł̃ti mecũ ꝺ ſocijs vidimꝰ eas coire ⁊ pullos nutrire. ſic etiã ĩ antehabitꝭ diximꝰ. hec auis caput hꝫ q̃ꝛ pauonis: pedes nigros vt cignꝰ. ⁊ ſunt mẽbrana cõiũcti digiti ad natãdũ. ⁊ ſũt in dorſo cineree nigredinis. ⁊ in ventre ſunt albide aliq̃ntulum minores anſerib9.



# Capitulum. xxi.

Caladrius ⁊ Calandris. yſi. Caladriꝰ (vt dꝛ) eſt immũdus ſ̃m legem.

## Operationes

¶ Dicit em̃ phiſiologꝰ: ꝙ auis eſt tota alba nullã ꝑtẽ habẽs nigrã. cuiꝰ interioꝛ fimꝰ curat caliginẽ oculoꝝ. In atrijs regũ inuenit̃. Per hãc cognoſcit̃ de hoĩe infirmo vtꝝ viuat an moriatur. Si em̃ egrotat ad moꝛtẽ: mox hec vt viderit eũ: auertit ab eo faciẽ ſuã. ſi ãt nõ ad moꝛtẽ: intẽdit illã faciẽ ſuã vertit. ⁊ aſſumit oẽs infirmitates eiꝰ: ⁊ diſpergit eas. ⁊ ſanat̃ infirmus. A

¶ Ariſto. Caladriꝰ infirmũ ſi moꝛi debeat nõ reſpicit: ſed ſi q̃leſcere poſſit ⁊ ipm̃ videre velit. ab illo omnẽ infirmitatẽ ad ſe trahit. Itaqꝫ ille ſanꝰ efficit̃. ⁊ auis egra: ita ꝙ ſepius ꝓ eo moritur. Hec auis hꝫ vnũ os groſſum in crure: cuiꝰ medulla oculos caliginãtes ſi q̇s linierit: eos clarificatos boni viſus efficit. B

¶ Ex li. de na. reꝝ. Caladrius eſt auis alba. q̃ ſi ad infirmũ ſanandũ ducit̃ oẽs infirmitates eius intra ſe colligit: ⁊ in aere volans ibi eas cõburit atqꝫ diſpergit. C

¶ Pars ĩterioꝛ femoꝛꝭ caliginẽ aufert ab oculis. D

Has aues Alexander inueniſſe fert̃ in ꝑſide.

¶ Ex li. ꝺ na. re. Calãdris ẽ auis ꝑua ꝓpe ꝯſilis alaude. coloꝛe fuſca: plumis deſpecta: ſꝫ mira modulatõe vocꝭ audiẽtes letificat. oĩmqꝫ voces auiũ expꝛ̃ſſiſſime imitat̃. itaqꝫ q̃n capta ergaſtulo includit̃. ibi q̇ꝫ captiuitatꝭ ⁊ calamitatis ſue oblita vix vnã diei hoꝛã ſine cantu p̃terit adeoqꝫ ſpaciari diuerſis auiũ cantib9 gaudet. vt nec cibi ſolita ſit. E



c Capo ꝛ Caprimulgꝰ. Actor. Capo dr gallus caſtratꝰ ſiue gallinaceꝰ. Et hi ĩo caſtrãt̃ vt facilꝰ ipinguẽt ac tenerio res comedãt

☞ Operationes

A ¶ Dyaſ. Capones viui aptı ꝛ ipoſiti morſib̵ ve
B nenatꝫ occurrũt ſi mutẽt̃ aſſidue. ¶ Cerebꝝ caponis meliꝰ ẽ ceterꝭ. acceptũ ĩ vino fluxũ ſãgui
C nis abſtinet. ¶ Pellis vẽtriculi eiꝰ ſicca tuſa et bibita cu ſtomacha ẽ cũ vino. Juſcellũ martie minorꝭ eſtuatõnis ſtomachi mitẽſcit ſimplr̃ cõpoſitũ. Juſcellũ ꝓo maiorꝭ artificialiter cõpoſitũ vẽtrẽ mollit: crudos hũores. i. colerã nigrã
D deponit. ¶ Utile ẽ ꝑ palib̵ febrib̵ ꝛ typicꝭ egritudinib̵. tremorib̵ ꝛ inflatõib̵ ſtomaticꝭ. ꝛ artericꝭ ſinglare pſidiũ ẽ. Fel capõis albi magne ꝟtutꝭ ẽ. facit ad effuſionẽ ocloꝝ ꝛ ad caliginẽ ꝛ aſpredinẽ palpebraꝝ. De capone ĩferiꝰ c. liiij.
E latiꝰ patebit. ¶ Pli. li. x. Caprimulgi appellãt̃ merule grãdiorꝭ aſpectu nocturni fures ſũt. interdũ eim viſu carẽt. paſtoꝝ ſtabula intrãt. caprũ vberib̵ ꝓpter ſuccũ lactꝭ aduolãt: q̃ videlꝫ in iuria vber emorit̃. capriſqꝫ cecitas q̃s ita mulſere
F obꝛuit̃. ¶ Actor. Caprimulgꝰ ipe Ariſt. agochilẽ vocat. de q̃ ẽ in c. vi. iſtiꝰ tractatꝰ. ¶ Ariſto. Eſt auis mõtana modicum maior merula. aſtuti morꝭ: raro videt̃ ð die: nec bñ tũc videt. ſꝫ acuit̃ viſus eiꝰ de nocte. lac ex mãmillis capꝝ ſugit: ideoqꝫ dr agochiles. ſcꝫ capꝝ lac ſugens. vidit aũt nocte: manet ĩ lapidib̵ de die.



☞ Capitulum. xxiij.

Carduelꝰ. ysi. Carduelꝰ dr eo ꝙ ſpinis ꝛ carduis paſcit̃. vñ apð grecos achãtꝭ dr ab achãtꝭ. i. ſpinis q̃b̵ alit̃. Augures ãt dicũt ꝛ in geſtu ꝛ ĩ motu ꝛ in volatu auiũ eſſe ſigna cõſtituta. ¶ Pli. li. x. Carduelı mime auiũ imperata faciũt nec voce tm̃: ſꝫ pedib̵ ꝛ ore ꝑ manibus. Eſtqꝫ q̃ boum mugitꝰ imitet̃. in ore latenſi agro taurꝰ appellata. Eſt q̃ equoꝝqꝫ hinnitꝰ n[...]tbus noĩe herbe pabulo aduẽtu eoꝝ pulſa imitat̃ ad hũc modũ vlciſcẽs. ¶ Ex li ð na. re. Carduelꝰ ẽ auis ꝑua croceoqꝫ ĩ corpe: rubeo ꝓo in capite colore venuſtata. Mirũ aũt videt̃ ꝙ hec auicula carduoꝝ acutꝭ aculeis paſcit̃. In hac g̃ natã miraculũ apparet: q̃ talẽ aſtuciaꝫ ei dedit quã nec boui nec aſino magnis aĩalib̵ impꝑtiri voluit. vt vicꝫ ergaſtulo clauſa ſuppoſitã aquã ab ymo ꝑ filum vaſculo ſuſpẽſo ad ſe cũ roſtro trahat. pedicꝫ filo interdũ ſuppoſito cũ attigerit vaſculũ ſitim potu ſedat.



# Capitulum. xxiiij

Carabdriõ ꝛ Cariſta. Rudol. ſup leuiticũ. Carabdrion ẽ auis garrula. de q̃ legit̃ in Leuitic. ꝙ ſcḿ legẽ ſit immũda. ¶ Actor Hec auis ipa eſt q̃ ſuperiꝰ in ca. xxi. dicta calendris eſt. Fallunt̃ autẽ q̃ hanc eſſe caladriuꝫ putant vt ſup Deutro. dicit glo. interliñ. Cariſte vt dicit Solinꝰ. aues ſunt q̃ impune flãmas inuolant. ita vt nec plume nec carnes eaꝝ flãmis igneũ aliquatenꝰ cedant.



## Capitulum.xxv.

CEruus volās. Ex li. de na.re. Ceruus volās ferť eſſe genꝰ cicade. Hūc tñ expimētatoꝛ crabꝛonē vocat. ſub alis (vt dicit) groſſioꝛibꝫ alas hꝫ ſubtiles ⁊ tenues ſicut bꝛucbus Circa veſperā potiſſime volāt: ⁊ volando ſtrepitum faciūt. hñt coꝛnua medicinalia grandia ꝑlonga biſulca dentata ⁊ lucida: q̄ſi foꝛcipibꝫ ī cacumīe cū libuerit ad moꝛſum coeūtibꝫ. crura ꝑo lōga ⁊ reflexa. lucēt igneū moꝛe noctu ꝑtes lateꝝ ac cluniū coloꝛes pinaꝝ refulgētes aliq̄ñ compſſē obūbꝛanť. amputatū caput eaꝝ viuit diutiꝰ ſine coꝛpe. ſed ⁊ ipſiꝰ coꝛpꝰ ſine capite: ſed nō tādiu ſicut caput.



## Capitulum.xxvj.

CIcade. Pli.li.xi. Cicade tm̄ viuūt roꝛe. quaꝝ duo ſūt genera. Minoꝛes q̄ ꝑmo ꝑueniūt q̄ vt ſunt mute. ⁊ nouiſſime pereunt. Sūt aūt multe q̄ canūt vocāť achete. ⁊ q̄ minores ex his ſūt tetrigometre. ſꝫ ille magꝫ ſonoꝛe Mares canūt in vtroqꝫ genere: ſilēt feīe. Gentes his veſcūť ad oꝛientē. Ante coitū mares ꝑferūt. a coitu feīas circa ſolſticiū eſt coitus eaꝝ Omīs eaꝝ coꝛruptꝫ q̄ ſūnt candida coitꝰ ſupinus. Eſt illis aſꝑitas in doꝛſo ꝑacuta q̄ feture locū excauāt in terra. Fitqꝫ ꝑmo ꝑmiculꝰ: deinde ex ea (que vocať tetrigometra) cuiꝰ coꝛtice rupto circa ſolſticia euolāt. ⁊ eſt ſine oꝛe. ſed ꝓ eo q̇dā eſt aculeatū linguis ſimile. ⁊ h̄ in pectore quo roꝛem lambunt. Pectus ipſum eſt fiſtuloſum hoc: vt diximus canūnt achete de cetero nihil eſt in ventre. Quidam vero negāt vocem in ſectis eſſe in tanto cicadarum ſono et apū murmure.



## Capitulum.xxvij.

CIconia. yſidoꝛꝰ. Ciconie quaſi cicanie: a ſono quo crepitant dicte ſunt: quē ſonum oꝛis potius eſſe conſtat q̄ꝫ vocis. quia cum roſtro quatiente faciunt. hee veris nuncie ſocietatis comites ſerpentiū hoſtes: maria tranſuolant in aſyam collecto agmine pergunt. Coꝛnices eas duces precedunt ⁊ ipſe quaſi exercitūs ꝓſequunť. Ex libro ꝺ naturis reꝝ. Ciconie ſerpentiū exitio tantus eſt honoꝛ in Theſſalia vt capitale fuerat occidiſſe ciconiam: ſicut ⁊ hominem. Multipharie nanqꝫ ſerpentibus inſidiatur. eoſqꝫ comedit et alia venenata: nec tamen moꝛitur. Bufonem autem non niſi in magna fame comedit. in quo naturale bufonis malum notať. Videtur autem ciconia caput habere valde reumaticum: quia roſtro eius aqua vere cōtinuo diſtillat. Et hoc hyeme magis. Hee nidos ſuos annue repetunt. et vnum ſe e fetibus ſuis domino loci ſub quo fetificant: plumatū quaſi tributum vt fertur deijciunt. Sed foꝛte cauſa magis eſt tediū nutriendi. Quinimmo vt vulgo dicitur pro decimatione deijciunt. deo ius ſuum ſeruātes. In cuius ſignū Thoꝛingiam vbi decime nō danť neqꝫ intrāt neqꝫ inhitāt: vt expiētia docꝫ. Abiture āt (vt diċ Solinꝰ) ī certo loco congreganť: ita vt nulla ſui generis niſi captiua relinquať. In aſia cāpꝰ eſt vbi ꝯgregate cōmurmurāt. ⁊ eā q̄ nouiſſime venit dilacerāt: ſicqꝫ ꝛcedūt. Ex li.re.vīs. Ciconia dꝛ auis

pia. Cum em̃ antiq̈ores ciconie pēnis amiſſis ꝓpriū ſibi victū acq̄rere neq̄ant: iuniores frigida genitoꝝ mēbra reuouētes eos in paſtū ꝓcurāt: donec ala fortis redierit. Ná vt yſaias ait. Quantū tps impendūt in fetib; educādis tm̃ ꝛ ipē inuicē a pullis ſuis aluntᷓ. Nec dubiū eas caſtitatꝭ ſectatrices eſſe. federiſq; ꝯiugij ad inuicē ſuare. Vñ fertᷓ q in eminētiori loco dom⁹ cuiuſdā par vnū ciconiaꝝ hitabat. Vñ mare ad paſtū recedēte freq̄nter ali⁹ mas adueniēs feminā adulterino coitu polluebat. At illa ſtatī eīn⁹ ī fonte ſe mergebat. ſicq; ſcel⁹ adulterij p aque lauamētū delens marē ꝓpriū deludebat. hmōi factū dñs hitatōis freq̄nter aduertit. ꝛ q̄dā die poſt adulteriū eā a fonte ne lauaretᷓ ꝓhibuit. nec mora maſcul⁹ a paſtu rediēs in femīa ſua ſcel⁹ adulterij dephēdit. ꝛ ad horā diſſimilās abijt. Reuerſuſq; ſcda die maximā multitudinē ſecū adduxit. que ſingulā adulterā aggreſſe: miſerā crudeli laniauerūt morte.

## Operationes.

A ¶ Plinius li. vij. Ciconia origano ſibi medetᷓ.

B ¶ Idem in li. xxix. Ciconie pullum qui egerit negatur annis cōtinuis lippire oculis Ciconie q̄z ventricul⁹ valet ꝯtra oīa venena.

C ¶ Idem li. xxx. Furunculis etiā dr̄ mederi ciconie ventriculus ex vino decoctus.

D ¶ Dyaſcorides: Fimus ciconie cum aq̄ua potui datus epilenticos curat.

E ¶ Albert⁹ in li. de na. aīaliū. Hec auis alas hʒ nigras. ꝛ caudā ꝛ alias ptes hʒ albas.

F ¶ Inuenitᷓ etiā gen⁹ ciconie: totū ī dorſo nigꝝ: ꝛ in vētre ſubalbū. ſʒ nō nidificat in hominuʒ habitationib; ſʒ in paludib; deſerti.



## Capitulum. xxviij.

Cign⁹. Ariſto. Cign⁹ eſt de genere auiū coriū īter digitos habētiū. Manetq; in ripis lacuū ꝛ ī locꝭ multaꝝ arboꝝ. Bone vite eſt atq; naē: ꝛ ſenectutis bone. Hmōi aues ꝯ accipitrē pugnare nō incipiūt. Sʒ ſi cū eis ille pugnare cepit. pugnāt cū ipo eūq; vincunt.

¶ Yſi. Cign⁹ grece latine olor dr̄. eo q tot⁹ alb⁹ ſit plumis. olon em̃ grece totū dr̄. Naute vero ſibi hāc auē bonā prognoſiā facere dicūt: ſicut Emili⁹ ait. Cign⁹ in auſpicijs ſemp letiſſimus ales. Hūc optāt naute. qr nō ſe mergit ī vndis.

Ex li. de na. re. Cign⁹ hʒ plumas albas: ſʒ carnes nigras. fortitudinē ſuā in alis. colerice cōplexionis eſt: ꝛ ob h̄ iracūd⁹. Dētes hʒ ī roſtro minutiſſimos. Oneris inpatiēs eſt. ne libēter volat: ſʒ ī ſtagnis req̄eſcere delectatᷓ. cū vno pede natat: ꝛ cū alio ſe regit veli modo cū piſcib;: nutrit⁹ eis eſt innoxius. Sup aq̄s nidificat in pullis educādis ſolicit⁹. tpe coit⁹ blādiuntᷓ ſibi inuicē mas ꝛ feīa. ꝛ alternatim capita cū ſuis: ſʒ collis inflectūt velut amplexandi grā. Nec mora vbi coirint. mas ꝯſci⁹ leſionis in feīa fugit ab ea. At illa impatiēs fugiētē inſeq̄tᷓ: neq; q̄ tñ rancor ille pſeuerat in longū. ymo leſione ceſſante: pacificantᷓ in animo ac a maſculi pſecutione ceſſans poſt coitū freq̄nti caude motu ꝛ roſtri ſe aq̄s mergens purificat.



## Capitulum. xxix.

Cinomolgus. Ciſpedo. et Citramo.

¶ Yſi. Cinomulgus eſt auis arabie. ſic dicta: eo q in excelſis nemorib; texit

nidos ex fructibꝫ cynnami. Et quia nō poſſūt ibi hoīes p̄... ſcendere ꝓpter ramoꝝ altitudinē ꝛ fragilitatē eoſdē nidos plūbatis iaculis appetūt ac cynnama illa deponūt: ꝛ p̄cijs amplioribus vendūt. eo ꝙ illud cynnamū magꝭ ꝙ̄ alia mercatores p̄bant. ¶ Aristo. Cinomulgꝰ paſſere modicum maior eſt eiuſqꝫ color celeſtis eſt cū citrinitate. ꝛ colores iſti ſunt in eo diſtincti Roſtꝝ eius eſt lōgū ad citrinitatē declinans: ſup arbores magnas ex cynamomis (vt dicit) ſperice cōponit nidū ſuū. habēs introitū p̄uū. ¶ Plinius. Cyſpedij ſiue ciſpeli plurimū volant q̄ ꝛ apodes dicūt: eo ꝙ vſu pedū carcāt hyrundinū ſpecie. nidificant in ſcopulis. Hee ſūt q̄ toto mari cernūt. Aristo. Auiū genꝰ ꝙ pedes nō habet omī t̄pe apparet. hec auis lōga gracilis ꝛ pauce latitudinis. hyrūdini aſſimilatur. Nec inter illas leuiter diſtinguit. Iſta nidificat in eſtate. ꝛ hoc poſt lapides vt aīalia fugiat ꝛ hoīes. Plinius libro. x. Citramus: al's cenchramus habet. aues remeantes comitata ſolicitat. ac pſeueranter ad expectatas ſibi terras puenire feſtinat eaſqꝫ noctu. etiā itineris admonens excitat. Aristo. Citramꝰ auis de nocte ceteras aues clamat. eaqꝫ audita ſciūt venatores ꝙ in locis ſuis nō remanebūt aues. Ex libro de naturis rerum. Citramus auis Alie recedentibꝫ hyrundinibꝫ ac cyconijs inſtante hyeme comitans eas feſtinantior perſeuerat. et precedens ſolicitat.



## Capitulum. xxx.

Cinomia. Iſid. Cinomia grece dr̄ muſca canina. Nā canis grece cynos dr̄. Ex li. de na. re. Cynomia eſt muſca canina catuloꝝ auribꝫ importuna. Quā licet catulus freq̄nter excutiat: ſemp t̄n importune reuolat. Vbi āt eū pigrū ad excutiendū inuenerit vſqꝫ ad ſanguinē ꝛ vulnera p̄cedit. Actor. Cynomia eſt illa muſca grauiſſima q̄ percuſſa eſt egyptioꝝ populꝰ in quarta plaga. De hac eīm in Exodo legit. Venit muſca grauiſſima in domos pharaonis ac ſeruoꝝ eiꝰ: ꝛ in omnē terrā egypti. corrupta qꝫ eſt terra ab hmōi muſcis. Per hāc eīm ſm gloſam canini mores ſignificant. in qbꝫ humane mentis voluptas. i. libido arguit. Sic eīm cinifes qbꝫ ī tercia plaga pcuſſi ſunt egyptij: ſignificāt inquietudines mūdanoꝝ: qui puocatores rixaꝝ: amatores calūniantiū nō admittūt quietē ſpūalis ſabbati Vñ Pſalmiſta. Dixit ꝛ venit cinomia.



## Capitulum. xxxj.

Cicendula cimice ꝛ coſtro. Iſidorus. Cicendula genus ſcatabrorum eſt. ſic dictum eo ꝙ gradiens vel volans lucet. Ex li. de na. rex. Cicendula eſt vermis in ytalia nocte volās. ꝛ inter noctis tenebras fulgidus radians. ita vt ſi eum in tenebris videas exhalationē ſcintillarū putes. Iſi. Cimex aūt ex vermibꝫ carniū eſt. Dictus aūt eſt cimex ex ſimilitudine cuiuſdā herbe cuius fetorē habet Auic. in. ij. cañ. Ex fraxino capita inflata ſic granata egrediūt in qbꝫ eſt hūiditas de q̄ cimices oriūt. Cū eīm capita hmōi aperiūt cimices

ex illis egrediũť. Cimices ãt effugat ꝑpe sterc⁹ thauri qñ cũ eo fit fumigatio. Palla. Ortis q̃ȝ cimices nocẽt. extinguũť ãt amurca ⁊ felle babulo lectꝫ aut locꝫ eaꝝ punctꝫ. vel folijs edere tritis ex oleo vl' incẽsis sanguisugis. ysi. Cosdros greci appellãt eos q̃ extremis fauoꝝ ꝑtib⁹ maiores creanť. Quos aliq̃ reges putant. dictos eo ꝙ castra ducant.



# Capitulum. xxxij.

Columba ex li. de na. reꝝ. Columba (vt dicit Beda) felle caret. Dic̃ tñ Arist. ꝙ fel hȝ nõ eo loco q̃ cetera aĩalia: sȝ ĩ intestino. Morticino nõ viuit. sȝ puro grano visum recuperat nouẽ vicib⁹. In alta nidificat. vbi mala bestia attingere nõ valeat. sup aquas libẽter req̃escit: vt sitim sedet. Et vmbrã accipitris venientis in aq̃s ꝑspiciat. Aliqñ vero sola sedet. colores suos varios circa collũ admirans alaꝝ plausu rostroq̃ȝ plumeculas fulcit ⁊ in regimen volatus cult⁹ pẽnas disponit. Tũc nisus speculator occult⁹ ꝯgaudentẽ in hmõi glĩa rapit. Colũbe calidissime sunt ⁊ lapillos ꝓpter stomachi ꝑpantiã comedũt. fimũ etiã ardentẽ nimis habent. quẽ ⁊ ipẽ nido eijciũt ⁊ pullos eijcere docent. pẽnis eleuatꝫ pugnãt ⁊ colũbã errantẽ cũ viderint sibi aggregãt. Dicit Jacob⁹ ꝙ transmare ꝟsus orientẽ colũbe sunt q̃ nuncioꝝ fungẽtes officio lr̃as dñoꝝ suoꝝ sub alis breui spacio ꝑlonge deportãt. Ideoq̃ȝ valde necesse sũt: maxime qñ ꝑ terras inimicoꝝ alij nũcij trãsire nõ audent. Colũbe ꝓpriũ est inter aues nõ eleuare caput qñ potãt donec ei sufficiat. ¶ Ex li. de na. reꝝ. Colũba valde ĝuať in ouoꝝ partu: ꝙ si parere tardauerit amare ꝑcutiť. Arist. Colũbe toto ãno ouãt ⁊ pullificãt: si fuerit loc⁹ mãsionis calid⁹: ⁊ cib⁹ parat⁹. Alioq̃n nõ nisi ĩ estate. Earũq̃ȝ pulli sũt meliores ĩ vere ⁊ in autũno. ꝑciores ãt in hieme ⁊ estate. Mascul⁹ cũ feĩa coit post vnũ annũ. Oua colũbe sunt albi coloris sic̃ ⁊ ꝑdicis. Colũba senex coire nõ pt. sȝ tm̃ osculať. Colũba q̃ȝ feĩa saltat sup feminã: si nõ fuerit mas. ⁊ inuicẽ osculanť. ⁊ ex illo q̃dẽ coitu oua faciũt: sȝ nõ pullificant.

## Operationes

¶ Ex li. d̃ na. re. Pulli colũbaꝝ ĩ autũno ⁊ vere saniores sũt qm̃ his tꝑib⁹ grano maxĩe viuũt.

¶ Esculapi⁹. Colũba occisa ⁊ calida supposita om̃i morsui subuenit. Sãguis ei⁹ valet oculis ꝯfertꝫ infusus ꝑcipueq̃ȝ de sub ascellis tract⁹.

¶ Stercus ei⁹ omnes dolores soluit: ⁊ humores desiccat.

¶ Dyas. Colũbe sanguis abscindit fluxũ sanguinis nariũ: q̃ est ex velamine cerebri.

¶ Plinius libro. xxix. Caro recens columbe cõtra serpentes auxiliatur. Mascule sanguis a vena sub ala incisa eximie prodest oculis cruore suffusus.

¶ In li. xxx. Fimus colũbaꝝ cũ aceto delẽtur stigmata. Hoc fimo carbũcul⁹ aboleť ꝑ se illito vel cũ semine lini ex aceto mulso.

¶ Auiceñ. Sanguis columbe ꝯfert podagre. Stercus columbaꝝ ꝯueniens est sup dolores iuncturaꝝ. ⁊ valet empetigini.

¶ Cõfert etiam dolori colice cum administratur in clisteri.



# Capitulum. xxxiij.

Cornix dulˀ ꝛ cornix. Ex li. de na. re. Cordulˀ dr̄ qꝛ cor edens. Carne nāq; ꝛ pda viuēs. corde maxīe inhiat ſaturari. Yſid. Cornix auis eſt ānoſa apd latinos greco noie cornix appellat᷑. Quā aiunt augures hoim curas ſcatōibꝫ agere īſidiaꝝ vias mōſtrare. futa pdicere. magnū nephas h̄ credere. vt deˀ ꝯſilia ſua cornicibꝫ mādet. Dis īter multa auſpicia tribuūt ꝛ pluuias vocibꝫ ꝑdēdere. Uñ ē illđ Tūc cornix plena pluuiā vocat iproba voce. Ex li. đ na. re. Cornix in ſolſticio morbo corripit᷑. Hec nucibꝫ libenter veſcit᷑. Horribiles aues q̄ſi hoſtes ſuos ipugnāt. ſꝫ ille freq̄nter cū ipūgnātibꝫ multū detulerit. tādē i pacia victe lacerāt iportunas. Cornix pluuiā multo clamore ꝑnūciat. Quis colūbe inſidiat᷑ vt ea diſſipet ꝛ expugat.

## Operationes

¶ Pliniˀ li. xxix. Cerebꝝ cornicis coctū i cibo ſumptū capitis doloribꝫ eſt remedium.

¶ Item in li. xxx. Cornicis carnes ac nidū illinite morbis lōgis putāt vtiliſſimū.



## Capitulum. xxxiiij.

Coruus. Ex li. de na. re. Coruˀ auis clamoroſa nihil aliud ſonare nouit q̄z cras cras. diuerſas tñ voces format. ſ. lxiiij. vt dicit Fulgentius volādo coit aliq̄n. ꝑles ſp q̄ duos pullificat. Grauidˀ fieri dr̄ ſi cū oua coruinū edere ꝯtigerit. Ore ꝑcre dicūt᷑ ꝛ cōcipere. Femie coruoꝝ oua ſole cubāt ꝛ mares eis eſcā dant. Pulli coruoꝝ ſepte; diebꝫ abſq; vlla cibi alimonia manere ferūt᷑. Septima ꝙ die nigreſcūt. qꝛ nōnullos eijciunt tedio nutriendi.

Fortior eſt coruus de die. Bubo de nocte: et viciſſim oua ſua comedunt. Corui paꝝ coeūt. ſed multū oſculant᷑ adinuicem. Et putant quidam q̄ alio modo nō coeant. Sꝫ h̄ falſum eſt. Cadauere coruus veſcit᷑. ꝛ vt dr̄ a potu ſe abſtinet q̄diu ficus ſui fructˀ dulcedine gloriatur. Unde Ouidius. Ac cibi dum lacteus pendebit in arbore ficus. A nullo gelido fonte bibet᷑ aque. ¶ Gregorius in moral. Pulli coruorum (vt fertur) anteq̄ nigreſcunt a parentibꝫ vtcūq; neglecti. medici affectu: huc illucq; vagantur in nido: aut ciborum expectunt aperto ore ſubſidium. Unde etiam ſcriptum eſt. Quis preparat coruo eſcam ꝛc. Sed cum nigreſcere illi ceperint tanto eis alimenta prebenda coruus ardentius requirit: q̄nto illos alere diutius diſtulit. Ex li. de na. reꝝ. Eſt coruoꝝ genˀ in oriente qđ cū aſino ꝛ thauro pugnat. eiſq; fugiētibꝫ ſup eos volat: ac ſic cū impetu eoꝝ oculis impūgit. ꝛ cū potuerit eos excecans roſtro dñis ſeruis inutiles reddit. Itaq; ꝑ ꝯſequens occiſi decoriant᷑. et eorum cadauera volatilibꝫ efferuntur. ſicq; ab aue improba animalia fortia ſuperantur. Coruus turres inhabitat et ibidē nidificat: citiſſimus eſt mutationis aeris nuncius: ꝛ alis crocitationis voce ꝓphetat auram tranquillam alia tempeſtatem. Coruus lōgeuus citiſſime fit domeſticˀ. coruoſq; ſilueſtres inuitos retinet ac ſeducit. Coruˀ ex natura eſt inclinatˀ ad furtuꝝ. vt experientia Erfordie docuit vbi coruus domeſticˀ ſucceſſiue de mēſa q̄ pecunie facere ꝯſueuerāt in ortū de ꝓpe ſubtus lapidem circiter quinq; vel ſex florenos in groſſis abſcondit.



## Capitulum.xxxv.

Cocurnix. Ex li. de na. re. Cocurnix ē auis quā vulgariter quiſtulā dicim⁹. Hec ducē habent ortigometram. quā in maris tranſitu iam terre. i. portui maris appropinquātes accipitres ſpeculati rapiūt. ⁊ idcirco cura eſt vniuerſis. vt externi generis ducē ſolicitēt. ſcꝫ cornicē p quā pma diſcrimia caueant. rariſſimas habent feminas in genere auiū: ſicͭ ⁊ pectines in genere piſciū. In hominū ꝟo genere pauciores naſcunt̃ maſculi q̄ꝫ femine. Comeſtor. Cocurnix in ſynu arabie p̄cipue nutrit̃. ⁊ eſt auis regia quā nos vulgo curelium dicim⁹ a currendo. ¶ Yſid. Cocurnices a ſono vocis dicte ſunt. quas greci ortigeas vocant. eo q̄ viſe pmum fuerūt in ortigia inſula. Hec adueniendū tempora habent. Nam eſtate depulſa maria tranſmeant.



## Capitulum.xxxvi.

Cocyx. Plini⁹ lib. x. Cocyx videtur ex accipitre fieri: tempe anni figurā mutans. Tūc em̄ nō apparent reliqui accipitres niſi dieb⁹ paucis. ipſo quoqꝫ modico eſtatis tempore viſus: poſtea nō cernitur. Eſt aūt neqꝫ ad vncis vnguib⁹ accipitrū nec capite ſimilis. neqꝫ alio quā colore ac rictu: ſꝫ colūbe poti⁹ ſimilis eſt capite ⁊ vnguib⁹. Q̄m abſumitur ab accipitre: ſi qñ ſimul apparuerit: ſola omniū auis a ſuo genere interempta. ¶ Areſto. Auis cocyx paucoꝝ ouoꝝ eſt: vni⁹ ſcꝫ aut duorū. q̄ natura eius valde frigida eſt.

## Capitulum.xxxvii.



Trochilos. Ex li. de na. re. Trochilos in ytalia rex auiū appellat̃ oīm q̄dē eſt minima. ſꝫ q̄nto minor tāto velocior. adeoqꝫ animoſa: vt etiā ꝯ aq̄lam audeat conat⁹ acceptare hoīes q̄ꝫ deludit. q̄ cū ſe ꝓpinquā q̄i manu capiendā obtulerit. caſſo hoīs conatu ⁊ labore ī pigra ꝓfugit. araneis veſcit̃ pullis fecūda ē. nā plurimos vno fetu ꝓducit. vno ſpecu vel antro in hieme multi ꝯdunt̃. vt ad calorē turba cōferente calor q̄ paru⁹ ē in tā mīmis corpib⁹ augmētet̃. Eſtqꝫ auis mīma oīm aliaꝝ. Itē Alb. ī li. d̄ na. aīaliū ait. Trochilos ē auis mīma oīm quā regulū vocāt: q̄ licꝫ ſit pua corpe. auſu magna ꝯ aq̄lā pugnare conat̃. ſolitaria volat. mlti etiā ē ptus. ⁊ ī hieme vno ꝯcēta foramine antri vel muri. mltos ſocios ſecū ſui generꝫ nocte habitare pmittit. vt calor pui corpis ex ſocietate multoꝝ caleſcat ⁊ foueat̃. Hec etiaꝫ eſt auis muſica: ⁊ p̄cipue cantant tpe magni ⁊ ſicci frigoris in hieme. Infra. ca. ciiij. de eadē tractet̃.



## Capitulum.xxxviij.

Corinta. Pliniꝰ. Corinta ē auis maxima in partibꝰ orientis que vere ad quantitatē pulmonis vacce hꝫ mollem: ⁊ multum infuſum ſanguine. ⁊ ideo multum bibit plus ꝙ̄ alie aues. ¶ Albertꝰ in lib. de na. aīalium. Corinta eſt auis que paucas ⁊ paruas habet plumas ⁊ pennas.



## Capitulum.xxxix.

Cuculus. Ex li. de na. rerꝫ. Cuculꝰ eſt auis improba: que vocē ſuā in cantando nō mutat: ſed ſemꝑ eandem replicat. Auis pigerrima eſt: ⁊ loco nō ſtabilis Turturis fere colorē habꝫ. Hyeme plumis ſpoliari dr: intratqꝫ terre latibulū. vel ꝯcauitates arboꝝ. illic eſtate ꝯgerit ꝙ̄ hyeme viuit Oua ſua ī nido minorꝫ auicule ponit ⁊ de ouis illiꝰ totidē demit: nedū illa numero ſuperflua inuenerit: q̄ſi aliena repudiet. Itaqꝫ cuculus ab aliena mr̄e cū pullis eiꝰ fotus et eductus: dū adhuc in nido inualidus ſedet. quadā tñ auiditate naturali ceterꝫ pullis cibos rapit. ⁊ hac ſagacitate ꝑ ceterꝫ pingueſcit atqꝫ nitidioꝛ fit. In cuiꝰ elegantiā nutrix cōuerſa gaudet eiꝰ foꝛma: miraturqꝫ ſeipām ꝙ talē peperit adeo deſipiens vt magnitudine fetū a pullis mīoꝛibꝰ nō diſcernat: ſed oēs pullos ſuos in eiꝰ cōparatione dānat: ac vbi eū eduxerit ⁊ ad robur volandi nutritꝰ. ipō viceuerſa ⁊ in nutricē inſurgit: ⁊ ꝯſequēter perimit. ¶ Iſido. Cuculi a voce ꝓpria noīati: tempus bñt ⁊ ipi veniēdi miluoꝝ ſcapulis ſuſcepti ꝓpter breues ⁊ paruos volatꝰ: ne ꝑ longa aerꝫ ſpacia fatigati deficiāt. Hoꝝ ſaliue cicadas gignūt. Oua paſſerꝫ nido reperta comedūt: ⁊ ſua obÿciūt. poſt hec illa ſuſcepta: ⁊ fouēt ⁊ nutriūt. ¶ Ariſtoteles. Cuculus ouis ꝓꝑiis incubat: ſed vnū ouum in nido fulice ponēs eiuſdē oua ſugit. Illa vero futuri euētꝰ ignara ouū ſedula nutrix fouet. Sed a cuculo excluſo ⁊ poſtmodū adulto nutrix a nōnullis qñqꝫ necari ꝓhibetur. In eſtate volat ⁊ laſciuit. In hyeme iacet languens ⁊ deplumatus ac buboni ſimilis apparet.

### Operationes

¶ Pliniꝰ li. xviij. Mirabile quoddā eſt de cu A
culo: quo ꝗs loco primū audiat alitem illā. ſi
pes dexter circūſcribat ac veſtigiū id effodi
atur nō gigni pulices vbicūqꝫ aſꝑgat. ¶ Idē B
libro. xxviij. Cuculi fimus in vino decoctus
⁊ potus moꝛſui canis rabioſi cōfert.



## Capitulum.xl.

Cubeth. Ariſto. Cubeth ē auis luxurioſa: cuiꝰ mas ſi īuenerit oua femīe ſue: frāgit ea: ne femia ſit ſollicita circa ea. Femīa ꝟo abſcōdit ea. Que ſiue coeat ſiue nō: olofaciēdo vel audiēdo ſubito ouat: Item ſi ꝑſenſerit maſculū venientē occurrit ⁊ coeūt. Mas quidē pedetentim ad feminā accedit ſine ſtrepitu: ne aliȷ maſculi ſentiant: ⁊ pugnēt cū eo coire ꝑmittāt. Itē maſculi pugnāt inuicē ⁊ victoꝛ cū victo coit: ac verſa vice ſi victoꝛ victꝰ fuerit. Solitarie tñ ⁊ occulte coeūt. eligente victoꝛe locū ad hoc. ⁊ victō ſequēte. Mas aūt et femia in voluptate ſua frequēter deꝑhendunt ⁊ cadūt in manus ve-

natoꝝ. Cūq luxurioſa ſit auis iſta. ſinguli tñ mares ſingulas feīas accipiūt. Itē aues ponderoſi corpis q̄ nō ſūt boni volat⁹: multā habent ſupfluitatē: multūq coeūt: ⁊ multorum ouoꝝ hmōi ſūt: vt cubeth ⁊ ſtrutio ⁊ gallina. ¶ Actor. Cubeth idē videt̄ eſſe q̄d pdix. q̄ enī hic de illa dicunt̄ eadē pene ⁊ de pdice dicūtur inferi⁹. Nō forte latuit tranſlatorē.



## Capitulum. xlj.

Culex. Iſido. Culex ab aculeo dict⁹ eſt: eo ꝙ ſanguinē ſugit. hꝫ enī in ore fiſtulā in modū ſtimuli: q̄ carnē terebrat vt ſanguinē bibat. ¶ Ariſto. Culex aīal corpis anuloſi mēbꝝ hꝫ p qđ cibū ſentit. ⁊ quidā hñt h̄ mēbꝝ extra ſicut aculeū: cui⁹ natura ē mollis ⁊ vacua. p ipm guſtāt ⁊ ſentiūt et cibū attrahūt. Culices aūt et muſce minime beſtiaꝝ p h̄ mēbꝝ pforāt hoīs coriū ⁊ alioꝝ aīaliū. ¶ Ex li. de na. re. Culex acida petit et dulcia ſugit: lucē diligit: ita ꝙ ad lumē aliqñ ſe vrit.

## Operationes

¶ Aui. in. iiij. cañ. Ad effugandū culices ⁊ ci-
A mices fit ſuffumigiū cū ſerraturis ligni pini:
aut cū nigella. ſilr cū mirto ſicca ⁊ cū ſulphu
re: ⁊ bdellio ⁊ ſpino fetida ⁊ ſtercore vaccino
B ⁊ cū foliis cypreſſi. ¶ Ad idē aſpgit̄ dom⁹ ex
decoctiōe radicꝫ lupinoꝝ aut ex decoctione
C nigelle: aut abſinthij: aut rute. ¶ Palladius.
Cōtra culices ⁊ cimices ī hortꝫ vel ſatꝫ amurca recens vel ex cameris fuligo ſpargit̄: gal-
D bano q̄ꝫ infuſo: aut ſulphure fugant̄. ¶ Am-
broſi⁹. Culices nō tangūt hoīem: ſi abſinthi
ūm cū oleo coquat̄: ⁊ eo ſe perungat.



## Capitulum. xlij.

Dyomedas. Iſidorus. Dyomedie aues a ſociis dyomedis appellate ſunt quos fabule ferūt in eaſdem volucres fuiſſe ꝯuerſos forma fulice ſimiles: magnitudine cignoꝝ. colore candido. duris ⁊ grandibus roſtris. Sunt autem circa apuliā in inſula dyomedia inter ſcopulos littoꝝ et ſaxa volitantes. ¶ Solin⁹. Dyomedas aues inſula qua oram apulie videt. ⁊ tumulo ac delubro dyomedis inſignis eſt. ſola gignit cui ē color candidus. ignei oculi. ora dentata. congregate volitant. dueq duces ſunt. quaꝝ altera agmen preit vt ductu certū iter dirigat. altera inſequitur: vt inſtantia tarditatem vrgeat. Cum fetificū tempus adeſt: roſtro ſcrobes cauant. ⁊ ſurculis inuerſum poſitis ſubter cauata contegunt. ⁊ ne operimēta deſint: ſi forte lignorum caſſia venti auferant. Hanc ſtruem premunt terra quam egeſſerant. ſic nidos moliunt̄. bifori acceſſu aditus qui mittit ad paſtus in hortū deſtinat̄. qui excipit reuertentes verſus occaſum eſt. vt lux et morātes excitet: ⁊ receptui nō deneget̄. Edem ſacram hmōi ſtudio omī die celebrāt. aquas plumas imbuunt: ⁊ alis impendio madefactis rorulente cōfluunt: ⁊ ſic edem humore excuſſa purificant. Tunc pennis ſupplaudunt: et inde quaſi peracta religione diſcedunt. Ob hoc aues factos dyomedis ſocios ferunt.

## Capitulum. xliij.



D raycha. Albert⁹ i libro de naturis aialiũ inquit. Draycha auis eſt pedibus carens: vt dicit Ariſtoteles. et cũ ad terrã cecidit cubitis alarũ ⁊ pectore repit fere ſicut veſpertilio. Debiles hab; pedeſ caude ſue cõiunctos. Hoc non apparet niſi poſt pluuiã in pncipio eſtatis: ⁊ tunc pullificat. ⁊ cũ pulli cõualeſcũt: morit. pullos relinquens ſue miſerie vice ſucciores.



## Capitulum. xliiij.

E githus. Emeria et Ercinia. Plini⁹ libro. x. Egithus auis minima cum aſino pugnat. Aſin⁹ q̃ppe ſpinetis ſe cauſa ſcalpendi atterens nidos ei⁹ diſſipat. quem adeo pauet auicula: vt oĩno voce rudẽtis audita oua eijciat. pulliq; ipi metu cadãt Itaq; aduolans vlcera eis roſtro excauant. Porro achantis egithum odit intantum: vt eorum ſanguinẽ credant nõ coire. ¶ Iorath. Emerie ſunt aues q̃ de nocte volantes illuminant aerẽ. ppter pennaꝝ ſuaꝝ naturã: que magis in tenebris q̃ in lumine lucẽt. ſicq; pdunt ⁊ capiunt. ¶ Iſido. Ercinie aues dicte ſunt ab hercinio ſaltu germanie vbi naſcunt: quaꝝ penne adeo p obſcurũ emicant. vt q̃uis nox denſis tenebris obtenta ſit: ad pſidium itineris dirigẽdi iacte interluceant. curſuſq; vie pateat iudicio plumaꝝ fulgentiũ.



## Capitulum. xlv.

F alco. Ex libro de na. reꝝ. Falco eſt auis nobiliſſima: volatu impetuoſiſſima: ⁊ i cuſtodia ſui minus cauta. Ideoq; cũ ad predam dirigendus eſt: a dño ſuo retardat: nec auis ei capienda oſtẽditur: niſi prius aliquantulũ elonget: vt predã cũ impetu moderato ſubſequatur. In ardee captura duo falcones pariter relaxant: quoꝝ vn⁹ ſũma petit, ali⁹ iuxta terrã iuolat: vt videlicet ille volantẽ ardeaȝ in pulſu pcipitet. Iſte vero pcipitataȝ accipiat. ¶ Ariſtoteles. Falco renes h; debiles: pectuſq; robuſtũ: delicioſiſ vtitur cibis. vnica verſatione collũ girat circulariter pectore exiſtente imoto adeo vt colli ei⁹ duo centuȝ argi luminib; ratione. Huius viſus cuiuſdã naturalis diſcretionis vi-

deantur ex equo reſpōdere.prede quoq; que
poſt tergum eſt puidus inuigilat.¶Ex libro
de natur; rex. Falconū genera ſūt duo. Unū
nobile qd auem vſu paruo naturaliter capit.
aliud ignobile ac vile:qd niſi multo labore et
maceratōe aſſuefactū hoc facit. Hoc vltimū
gen⁹ cū ardeā ad terrā impulerit. Iamq; im-
prompta eſt vt eā capiat. Ardea anguillā vel
aliū piſcem quē recētius vorauerat euomit.
ꝛ tunc falco libere eā volare pmittens:ac mi
nus fetidū ſibi oblatū pferens ꝛ gaudēs oci
us apprehēdit. Nō ſic autē falco nobilis:ſed
eiectum mun⁹ vilipendens:auē doloſam ſe-
uerius punit. Habet autē falco os acutū ac
durū in pectore.qd ei natura prouidens indi
dit ad impulſionē prede. Scripſerūt aquila
ſymachus ꝛ theodocion epiſtolam Ptholo-
meo regi egypti.in qua tractauerūt de auibꝫ
nobilibꝫ ꝛ eaꝝ medicinis. De qua hic pauca
de falcone cōmemorare liceat.

## Operationes.

A ¶Albertus in libro ſuo de aīalibꝫ. Si falco
nō poteſt fimare:fel galli da ei comedere.vel
B teſtudies albas decoctas.¶Si falco nimi-
um laxatur ſuccum iuſquiami modicū da ei
C bibere:ꝛ intinge in eodē cibū eius.¶Si os
fractum fuerit in crure vel ala. Aloe calidū
ſupliga:ꝛ dimitte vna die ꝛ vna nocte.
D ¶Item fimum galli in aceto coctū ſupliga.
E ¶Ad idem aloen herbā cū puluere apū ꝛ in-
uolue cordibꝫ paruaꝝ auiū:ꝛ da ei comedere
F ¶De hac materia reperies per Albertū tra-
dita in libro ſuo de animalibus.



## Capitulum.xlvi.

Faſianus. Ex libro de natur; rerum.
Faſianus eſt gallus ſiluatic⁹. Auis
pulchra valde:pēnis choruſc;:inſtar
ignis.ceruleus interdū ac viridis: rubeiſq;
pennis interſcribit nitor. Aures geminas vi
detur habere.in capite plumis extantibꝫ:qͣs
ſubrigit qn̄ vult atq; ſubmittit. Criſtis autē
in capite caret:et ſpiculis in cruribꝫ. His tn̄
armis fruſtrat⁹ animoſus ꝛ audax eſt.¶Ari
ſtoteles. Faſiani tantū coitus tpe ſimul ha-
bitant.ceteris vero temporibꝫ ſeparatim:nec
cito rubricatas habent barbas vel in pedibꝫ
calcaria ſicut galli domeſtici:ſed tractu tem
poris. Faſianus ſic capit.aliqn̄ auceps pan-
no in quo hec auis depingitur coopert⁹.fa-
ſiano ſe oſtendit:q̄ ſequens coopertū nec fu-
gientem nec retrocedentē.tandem a ſocio au
cupis i inſidijs latitante retbi inuoluit. Hec
auis in aura pluuioſa triſtat.ꝛ tūc in rubetis
ac ſiluis latet. Circa veſperā vel aurorā de
ſilua egreditur:ꝛ tunc de facili venatur. Ro-
ſtrum in terra figens abſcondit ſe:ꝛ ſic abſcō
ditum ſe totū credit. pennas pre pinguedine
mutat. Iterūq; ſepe renouat. Carnes hꝫ ſub
tiliores ac leuiores ceteris auibꝫ ſiluaticis:ex
ceptis perdicū pullis.¶Iſi. Faſian⁹ a faſide
inſula dict⁹ eſt.vnde pmū aſportatus eſt.



## Capitulum.xlvii.

Fatator. Ex libro de natur; rex. Fa-
tator eſt auis in oriente:que fetuū p-
creandoꝝ naturaliter cupida. Tem
pus ver; anticipat:quo ſcilicet aues ceteres

ſolent initiare conceptus. Unde fit vt oua q̄ tunc facit frigore corrūpantur: ne fetuum ha beant effectum: ſed iterū ſequēti tempore cali do ponūt: ⁊ tunc pullos faciūt: quod eſt con tra oēs fere agreſtes aues: que ſemel in an no ouant atq̨ pullificant.



## Capitulum. xlviij.

Fenix. Iſidorus. Fenix eſt auis ara bie ſic dicta: eo ꝙ colorē feniceū ha beat. vel ꝙ ſit in toto orbe ſingularis ⁊ vnica. Nā arabes ſingularē ⁊ vnicā fenicem vocant. Hec q̇ngentis ⁊ vltra viuens annis dū ſenuiſſe ſe viderit: collectis aromatū virgu lis rogū ſibi inſtruit. ⁊ cōuerſa ad radiū ſolis alarū plauſu voluntariū ſibi incendiū nutrit. ſicq̨ iterū de cineribꝰ reſurgit. ¶ Ambroſius libro quinto. Fenix cū finem vite ſibi adeſſe animaduertit: facit ſibi thecā de thure ⁊ myr rha ⁊ ceteris odoribꝰ in quam impleto vite ſue tpe intrat ⁊ moritur. De cuiꝰ humore carnis vermis exurgit. paulatimq̨ adoleſcit: ac pro ceſſu ſtatuti tpis alarū remigia induit: ſicq̨ in ſuperioris auis ſpeciē ⁊ formā reparatur. Do ceat ergo nos hec auis exemplo reſurrectio nē credere: que ſine exemplo ⁊ ſine rōnis pce ptione ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat. ¶ Solinus. Apud arabes fenix naſcitur. auis aq̇le magnitudine capite onerato in comam plumis extantibꝰ: criſtatis faucibꝰ: circa colla fulgore aureo poſtera pte purpureus. extra caudā in q̄ roſeis pēnis interſcribitur nitor ce ruleus. Hec etiā eſt mens oīm alioꝝ autorū. Etiā idē habetur in li. de na. re. licet p alia verba.



## Capitulum. xlix.

Filomena ⁊ Ficedula. Ex li. de na. re. Filomena dr̄ a filos qđ ē amor: ⁊ me ne qđ ē dulcis. Hec enī auis mira mo dulatiōe letificat audiētē. gaudet ad ortū ſo lis. Preitq̨ leticia veniētē. verno tn̄ tpe can tat. hiberno nunq̨. In initio q̄ȝ veris adeo ſue vocis amenitate delectatur: ⁊ rariſſime comedat ⁊ h' cū ſūma feſtinatiōe. Itaq̨ certāt inter ſe tā ptinaciter: vt victa ſepe vitā finiat pius de ficiēte ſpū q̄ȝ cātu. Un̄ ⁊ dr̄ a filos qđ ē amor ⁊ mene qđ eſt defectꝰ. q̄ſi amore deficiēs. Mi ramur igitur in tā paruo corpuſculo tā ptinacē ſpm̄. Miramur in illo pfectā muſice ſcientiā Modulatꝰ enī editur ſonus: ⁊ nūc ꝯtinuo ſpū trahitur in longū: nūc variatur inflexo: nūc diſtin guitur ⁊ ꝯciſo. copulatur ī torto grauis acutꝰ cre ber extēſus: vibrās. ⁊ aliq̄n q̇dē mediꝰ: ſūmꝰ ymus. Meditantur interim alie minores. verſuſq̨ q̇s mirentur addiſcūt. audit attenta diſcipula. Redditq̨ vicibꝰ cantū. intelligitur: emēdatur: ⁊ a docēte quodāmō rep̄hendi͛. Statim aūt vt coire incepit vocis amenitatē pdit. Et vt dicit Pli. Alia vox fit: mutatur ⁊ color. Ab exitu nā q̨ verni tpis aucto eſtu ī totum alia vox fit. mutatur ⁊ color. linguis eaꝝ tenuitas illa nō ē que ceteris auibꝰ. ¶ Actor. Filomena eſt auis parua canora oībꝰ nota. q̄ ⁊ luſcinia dr̄. ¶ Iſi. Ficedule dicte ſūt: eo ꝙ ficos magis edant. pandit illo verſiculo veteri. Cū me ficus alat: cū paſcat dulcibꝰ vuis. Cur potiꝰ nomē non dedit vna mihi. ¶ Pli. li. x. Ficedule formā ſimulq̨ colorē mutāt. hoc tn̄ nomē hn̄t autū no. poſtea vero melancoriphi vocantur.



## Capitulum.l.

FUlica. Actor. Fulica ē auis magnitudine ꝛ coloꝛe cigno ſiſis ꝛ grādi roſtro. in ſcopulis littoꝝ cōmoꝛat̃. has latini dyomedias. greci herodios vocant. ¶ Phiſiolog⁹. Fulica ē auis ſup oēs prudentiſſima: cadaueribꝫ nō veſcit̃: nec oberrat de loco ad locū. ſꝫ in vno loco ꝑmanet vſqꝫ i finē ibiqꝫ eſcā ſuā circa ſe colligit ꝛ q̄eſcit. ¶ Jdem Fulica ē auis boni moris nigra: anate ſiſis: niſi q꞉ minoꝛ ē anate. Jn ſtagnis delectabilr̄ cōmoꝛat̃: eſca ꝛ pace ɔtenta. vñ ptꝫ ſi locū inueniat vbi pacē ꝛ eſcā habeat ñ inde recedit. ¶ Pli. li. xi. Fulicaꝝ generi dedit natura placabilē criſtā ꝑ mediū caput a roſtro reſidētē.



## Capitulum.lj.

FUcus. Bartholeme⁹ i li. de ꝓprietatibꝫ reꝝ inq̄t. Fucus ē apis maioꝛ. dictus aūt ē fucus: eo q̄ comedit labores alienos: q̄ſi fag⁹ a fagin qđ eſt comedere. depaſcit̃ ei qđ nō laboꝛauit: q꞉ nec mellificat ſꝫ alioꝝ mel māducat. ¶ De q̄ Uirgili⁹ Jgnauū fucos pecus a p̄ſepibꝫ arcet. Sūt aūt fuci ſine aculeo velut impfecti apes. ꝛ ſūt ſeruiciales veraꝝ apū. ꝛ ideo eis imperāt̃ ꝓ apes ꝓmoſqꝫ expellūt ad opa. tardātes āt ſine clemētia pungūt ꝛ puniūt: neqꝫ i ope tm̄: ſꝫ etiā i vetu adiuuātes. Certe enī q̄ maioꝛ coꝝ fuerit multitudo: eo maioꝛ fiet examinū ꝓuent⁹. Cū mella ꝓo cepint matura eſſe abigūt eas: melleqꝫ ſinglas aggreſſe eas trucidāt atqꝫ fugant: nec videnť niſi i vere. Jmpatoꝛibꝫ apū fuci extrahūt regias māſiōes amplas magnificas ſepatas coo ꝑculo eminētes. et fiūt ſexangule oīs celle ſingloꝝ: ꝛ q̄uis fuci ſuſtineant tot laboꝛes. comedere tñ de melle vix ꝑmittunť niſi q̄ſtū capiūt ꝛ furāť. vt dicit Pli.



## Capitulum.lij.

GAllus. Ex li. de na. re. Gall⁹ eſt auis faucibus ꝛ capite criſtata ſpicul' aduerſis i cruribꝫ armata. Habꝫ qñqꝫ ſpicula galline: ſꝫ h̄ erroꝛe poti⁹ q̄ ope nature. Gallus nocte ꝓfunde cantat validi⁹ ꝛ matutino leui⁹. Cant⁹ ei cū vento fert̃: ꝛ anteq̄ eſt i mari poſſit longi⁹ audit̃. ¶ Greg⁹. i moꝛalibꝫ. Gall⁹ diei nūci⁹: hoꝛas noct' diſcutit: ꝛ demū vocē exhoꝛtatiōis emittit. Cūqꝫ cant⁹ edere

paratːpꝛiꝰ alas excutit: ac ſeipm feriēs vigilā
tioꝛē reddit. ¶ Amb. Eſt galli cantꝰ ſuauis in
noctibꝫ ⁊ vtil: q̄ſi bonꝰ cohabitatoꝛ. dormien
tē excitat: ⁊ ſolicitū admonet. vigilantē ſolat
pceſſum noct ſignās. Idē. Leo timet gallū.
maximeq albū. ¶ Ariſto. Viſi ſūt aūt galli q fe
minas ſuas interficiebāt. Deinde ſoliciti cir
ca pullos ſuos regebāt illos: ⁊ aſſimilabāt fe
minis ī nutriēdo illos. ita ꝙ etiā inuicem nole
bāt coire. ¶ Iſido. Gallꝰ aūt a caſtratiōe vo
catꝰ ē. Nā īter aues ceteras huic ſoli teſticu
li adimunt. veteres aūt abſciſos vocabāt gal
los. ¶ Ex li. de na. re. Gallinaceꝰ gallus teſti
culis viduatꝰ dr: q̄ capo vulgariter appellat:
vt ſupiꝰ dixi. Fert aūt citiꝰ impīguari: q̄ a li-
bidine arcet. Cū gallinis q̄dē impinguat ⁊c.
A ¶ Ex li. vtē. Galli carnes ☞ ¶ Opatiōes.
groſſioꝛes ſūt ad dirigēdū et mīoꝛ hūiditat
q̄ galline vel gallinacij. Decrepiti tamē galli
B carnes tenerioꝛes ſūt q̄ iunioꝛis. ¶ Gallina-
ceus aūt hꝫ carnes validioꝛes oībꝫ volatilibꝫ.
bonū ſanguieꝫ generāt ⁊ optimū nutrimētū.
C ¶ Aui. Galloꝝ melioꝛ ē ille q̄ nōdū cātat. an-
D tiq̄ ꝓ o mali ſūt. ¶ Teſticuli āt galloꝝ multuꝫ
E laudabiles ſūt: veloc digeſtiōis. ¶ Ius gal
F loꝝ ꝯfert dolori ſtōachi ex vētoſitate. ¶ Ius
galli veter cū polipodio ⁊ aneto ꝯfert colice
G valde. ¶ Docet āt Gal. ī decoctōe galloꝝ ve
teꝝ: vt poſtq̄ nutriti ſūt fatigēt faciēdo eos
currere vt cadāt ⁊ decollēt. Deīde vētres eoꝝ
euacuati ac ſale impleti ſuant ⁊ coq̄nt cū. xx.
xyſt aq̄ donec veniāt ad tres rotillas ⁊ bibat.
Hiꝰ ius ꝯfert aſmati. ꝯfert ēt tremori ac dolori
iūcturaꝝ. Eſcula. Cerebꝝ galli cū vio bibitū
oēs moꝛſꝰ deſtruit: ⁊ alia mlta mirabilia fac.



# Capitulum. liij.

Gallina. Iſidorꝰ. Gallina dicit a gal-
lo: ſicut a leone leena. Huius mem-
bꝛa ferūt quidā ſi auro liqueſcēti mi-
ſceantur cōſumi. ¶ Ex libro de naturis rerū.
Gallinis ſupponenda ſunt oua ſemp impari
numero luna creſcente a decem vſq ad quin
decim. Oua incubari intra decem dies edi-
ta vtiliſſimū eſt. Nam vetera aut recentioꝛa
infecunda ſunt. ſubijci autem debent impari
numero. Quarto ꝓ o die poſtq̄ ceperint in-
cubari: ſi eoꝝ cacuminibꝫ contra lumē in ma
nibus appꝛehēſis. purus ⁊ vniuſmodi coloꝛ
ꝑluceat eſtimant ſterilia. et pullis ſupponen-
da ſunt alia. In aqua quoq experimentū eſt.
Nam ouum inane fluctuat iniectū aqua. ſub-
ſidens vero plenum eſt. ¶ Philoſophus. Gal
lina ouat in omni tpe pterq̄ in duobꝫ menſi-
bus tropicoꝝ. Dum autē galline puluer fo-
mento ⁊ crebꝛa reſperſiōe fungētes vice bal-
nei: ſiue coitu delectantur. Oua de q̄bꝫ exi-
turi ſunt maſculi gallina gerit in parte ven-
tris dextra. Ex q̄bus autē femine in ſiniſtra.
Uniuerſaliter ſi galline oua ſua non incuba
uerint infirmant. Et quedā galline ſemp fa-
ciunt gemellos: ſempq eſt vnus maioꝛ alius
minoꝛ. Gallina quando cubat in eſtate citiꝰ
excludit pullos q̄ in hyeme.

## Operationes.

¶ Iſidorus. Gallinarum in cibo melioꝛ eſt il A
la que nondum parit oua: antiqua vero pra-
ua. ¶ Adeps pullorū calidioꝛ eſt q̄ gallinaꝝ B
magnarum. ¶ Caro etiam gallinarū clarifi- C
cat vocem. ¶ Cerebrum gallinaꝝ ꝓhibet flu D
xum ſanguinis narīū ⁊ cerebri veluminibus
accidentē. ¶ Idem. Epar gallinarū pingui- E
um ſicut ⁊ anatū ſanius eſt ceter galline ſan
guinis vt dr. ¶ Idem. Adeps quidꝫ galli ſi- F
cut ⁊ cerui vehemētioꝛis eſt calefactiōis.
¶ Adeps aūt galline minꝰ calidus eſt. ⁊ aſpe G
ritati lingue ꝯfert. ¶ Eſculapiꝰ. Ouū galline H
valet ad omnē doloꝛē oculoꝝ. etiā albumen
infuſuꝫ oculis ſedat punctiōes. ¶ Totū ouū I
cōbuſtū ⁊ cū vino vel aceto bibitū oēs fluxꝰ
ſtringit. ¶ Duoꝝ q̄nq vitella bibita cū tribꝫ K
vini cyathis emoptoicis valēt ¶ Adeps gal L
linaꝝ puſtulas oculoꝝ reprimit. ¶ Tybie q̄ꝫ M
cū pedibꝫ cocte ⁊ cū ſale ⁊ oleo et aceto colli
doloꝛem ſedant. ¶ Stercus eiꝰ flegmones N
qui naſcunt in naribꝫ impoſitum ſanat.

# Capitulum. liiij.



G Allinaciꝰ. Alexan. Gallinaciꝰ ſi bñ vꝛticeꝫ ducet pullos ſuos ad moduꝫ galline. qđ vt dꝛ nõ facit ꝓpter cõmodũ pulloꝝ ſꝫ ꝓpter cõmodũ ꝓpriũ: vt ex calore pulloꝝ faciat venenũ vꝛtice euapoꝛare ¶ Ex li. de na. re. Gallinaciꝰ gallꝰ teſticulꝭ viduatꝰ dꝛ: q̇ capo vulgariter appellaꝫ: vt ſupꝛꝰ in ca. xxij. iſtiꝰ tra. dixi Ferꝫ aũt citiꝰ ĩpinguari: qꝛ libidĩe arceꝫ. cũ gallinis q̇dẽ ĩpinguaꝫ: ſꝫ neqꝫ ĩpinguãdo fecũdat cũ eis paſciꝫ: ſꝫ nõ eas defendit. nõ cãtat nec hoꝛa diei vꝭ noctꝭ diſcernit. Igiꝫ ad nihil vtiliꝰ ẽ niſi ad coq̇nã. Itẽ aliq̄ñ gallus poſt trienniũ caſtraꝫ. poſtea q̇nqꝫ vel ſeptẽ annis viuere ſiniꝫ: ⁊ ſic ĩ eiꝰ iecoꝛe lapis ĩueniꝫ electoꝛiꝰ: quẽ vt ibi cõcepit nõ poſtea bibit. Unde ⁊ ſi q̇s hũc lapidem in oꝛe ſuo habuerit ſitim extinguit. De quo inferius in tractatu de lapidibꝫ tractetur.



# Capitulum. lv.

G Raculus ⁊ Garrulꝰ. Ex li. de na. re. Graculus ẽ auis nigra ꝑ totũ coꝛpꝰ Eſt eni de genere coꝛnicꝫ: licet coꝛpe minoꝛ. libẽter ĩ altiſſimis nidificat. ⁊ h̄ in tanta multitudine: vt in vna ſepiꝰ arboꝛe ſepteꝫ paria graculoꝝ nidos ꝯſtruãt. Optime nãqꝫ aues iſte ſibiĩnuicẽ cõpatiũꝫ. Eſt ãt auis clamoſa nimiũ maxĩe a tꝑe coitꝰ: quẽ. ſ. coitũ tẽpus excitat vernũ. Amoꝛꝫ gr̄a maſculꝰ feĩaꝫ cubat. Carnes pulloꝝ eiꝰ edibiles ſũt: ⁊ maxime ſi excoꝛienꝫ. Hãc auẽ nõnulli falſo opinanꝫ eandẽ eſſe garrulũ: ſꝫ multa ĩter eas eſt dr̄ia. Nã graculus vt dictũ ẽ vniꝰ ẽ coloꝛis. Garrulus ãt coloꝛe diſtinctꝰ ex diuerſis plumis. Dictꝰ ẽ a garriẽdo. nõ eni eã q̇ſqꝫ tranſire põt ꝯ quẽ nõ garriat. Ceteraꝝ etiã auiũ voces vꝭ modulos nõ ad delectamẽta leticie ſꝫ tm̄ ad garriendũ dꝛ imitari. Tanta plumarũ varietate diſtinguiꝫ: vt nullꝰ ei ceteraꝝ auiũ coloꝛ deeſſe dicaꝫ. Captꝰ in iuuẽtute claudiꝫ vt articulata ꝟba loq̇ doceaꝫ. q̇ etiã vbi didicerit magis garrire geſtit. Et q̄ñqꝫ dũ garrulitate intẽdẽs ſibi nõ ꝓſpicit niſus eã inopinate rapit freq̄uẽter inſauiare dꝛ: ita ꝙ plerũqꝫ inter furcatos arboꝝ ramos ſe ſuſpendit.

## Operationes

¶ Pli. li. viij. Gracula qꝫ ſicut ⁊ alie quedam aues lauri folio ãnuũ faſtidiũ purgãt. ¶ Idẽ li. xviij. Graculi ſero a pabulo recedẽtes hyemẽ preſagiũt. ¶ Iſidoꝛus. Eſt eni loquaciſſimum genus ⁊ vocibꝫ impoꝛtunum.



# Capitulum. lvj.

G Rippes. Iſi. Grippes vocat̄ eo q ſit
aīal pēnatū ⁊ q̄drupes. Hoc gen⁹ fe
rarū in yperboreis naſcit̄ mōtib⁹. Hi
corpis pte leōes ſunt alis ⁊ facie aq̄lis ſil'es
eq̄s vehemēter infeſti. Nā ⁊ hoīes viſos de
cerpūt. Solinus. In aſyathica ſcythia terre
ſūt locupletes inhitabiles tn̄. Nā cū auro et
gēmis affluāt. Grippes vniuerſa tenēt alites
ferociſſimi ⁊ vltra oēm rabiē deſeuiētes. q̄rū
imanitate obſiſtēte: aduenis acceſſus rar⁹ ē.
Viſos q̄ppe decerpūt velut geniti ad plectē
dā auaricie temeritatē. Arimaſpi cū his pu
gnāt vt lapides q̄ ibi ſūt intercipiāt. Ex q̄b⁹
ſūt ſmaragd⁹: ſicenic⁹ ⁊ criſtallus. ¶ Ex li. de
na. re. Grippes ē auis q̄drupes. capite ⁊ alis
aq̄le ſiliſ: ſ; multo maioꝛ. tn̄ i nido ſuo lapidē
agathem ponit: nec dubiū q̄n ad aliqḋ reme
diū. Hi eq̄s ⁊ hoīb⁹ maxie infeſti ſūt. ⁊ hoīes
armatos p̄liādo ſupant ⁊ occidūt. Grippes
dicūt̄ aurū effodere ⁊ i effoſſi inſpectōe gaude
re. Alb in li. de na. al'. Grippes i poſterioꝛi p
te ⁊ cauda et poſterioꝛib⁹ crurib⁹ imitat̄ leo
nē. habet etiā vngues longos ex q̄b⁹ ciphi fi
unt. ¶ Johēs mōteuille dicit: Corp⁹ magni
grippis maī⁹ eſſe octo leonib⁹ de ptib⁹ iſtis.
nā poſtq̄ȝ bouē equū vel hoīem etiā armatuȝ
occiderit: leuat ⁊ aſpoꝛtat pleno volatu. Illi
us vngule ſūt tanq̄ȝ coꝛnua bouis de q̄b⁹ fi
unt ciphi ad bibendū q̄ reputant̄ valde p̄cio
ſi. fiūtq̄ȝ de pennis alarum ei⁹ arcus rugidi ⁊
foꝛtes ad iaciendū miſſilia ⁊ ſagittas.



## Capitulum. lvij.

G Ricocēderon ſiue gracocēderō. Al
ber. i li. de na. al'. Gracocēderon auis
eſſe d̄r magna intra oīa volatilia min⁹ vtens
coitu. vno eī coitu i eſtate iplet. feiaȝ ad filia
rū fecūditatē: ⁊ ſic toto āno non coit ampli⁹.



## Capitulum. lviij.

G Irfalco ⁊ goſturdo. Girfalco venit a
ptib⁹ trāſmarinis i cohoꝛte multarū
aucarū ſilueſtriū. q̄ꝝ vnā de nocte p
pter frig⁹ pellēs ſub pedib⁹ ſuis. aliāȝ de die
capit i cibis. Actoꝛ. Girfalco ideȝ d̄r eſſe qḋ
herodi⁹. De q̄ pleni⁹ d̄r inferi⁹. ¶ Ex li. de na.
re. Goſturdi ſunt aues ad modū p̄ue. coloꝛis
terrei. criſtā p̄uā ex plumis hn̄tes in capite:
nec aliaꝝ auiū moꝛe volātes. q̄ vēto cogente
nūc alta: nūc yma petūt. De his fert̄ vulgo q
eaꝝ oua i terra poſita a bufone. ex q̄b⁹ cū exi
erint pulli. tūc p̄mū eos pentes curāt: eiſq̄ȝ ci
bos ferūt q̄aduſq̄ȝ volat⁹ tentare poſſunt.



# Capitulum.lix.



GRus. Jſidorus. Grues nomen de ꝓ/priavoce ſumpſerunt. tali enim ſono ſuſurrant. Hee dum pergunt vna ſeq̄/tur aliam ordine litterato. ¶ Areſto. Gruib⁹ quoqꝫ natura dedit placabilem criſtam ꝑ me dium caput a roſtro reſidentem. Regem ha/bent grues: eiqꝫ ſunt obedientes. Grus dor/miens caput ſub alis declinat: ⁊ ſuper vnum pedem ſtat. Habent autem rectorem grues qui ceteris dormientib⁹ ⁊ capita ſub alis re/clinantibus excubat eleuato capite. Grues adinuicem pugnant: ita ꝙ in hora pugne ac/cipi poſſent. Ex lib. de naturis rerū. Per gru es domeſticas alie capiuntur grues. habent carnes reliquis auib⁹ grauiores. ¶ Jſidorus Grues excelſa petunt: quo facilius videant quas petunt terras. Caſtigat autem voce q̄ cogit agmen. at vbi raucesſit ſuccedit alia. Nocte autem excubias diuidunt: ⁊ ordinem vigiliarum ꝑ vices faciunt: tenētes lapillos ſuſpenſis digitis quibus ſomnos arguant. quod cauendum eſt: clamor indicat. ¶ Dicit Ariſtoteles. ꝙ ad plagam ſeptentrionalē vl/tra egyptum in hyeme veniūt q̄b⁹ pigmei ho mines ſcꝫ cubitales occurrunt: et cū eis pu/gnant. Pugna gruum adeo fortis eſt et per/tinax vt manu capi poſſunt. Quando nubes pluuioſas proſpiciunt clamant ⁊ vociferant ducem ſuum celeriores captare volatus ſo/licitant. Cum autem ſuper terram deſcende rint vt comedant. dux earum caput in altum erigit in cuſtodiam omniū: cetere vero ſecu/re depaſcant. Fertur autē ꝙ poſt hyemem vo lantes a montib⁹ orientis harenas aureas ⁊ auricalcū lapidem tranſglutiunt. ⁊ poſt ī par tib⁹ trāſmarinis reuomunt. Unde dixerunt qui experti ſunt ꝙ lapis quē grues euomūt. igne mediante tranſit in aurum.

## Operationes

ab alijs vocat̃ pompilos inter ꝑcipua mira/
cula marꝭ cōputatur. Nā ſupinus in ſumma
eqnorū ꝑuenit. ita ſe paulatim ſubrigens. vt
emiſſa ꝑ fiſtulam aqua velut exoneratus ſen
tina facile nauiget. Poſtea prima duo bra/
chia retorquens membranā inter illa mire te
nuitatis extendit: qua verificante in auras
ceteris brachijs ſubremigans media cauda
vt gubernaculo ſe dirigit: ita vadit alto lu/
burnicarū gaudens imagine. ſi q̇d pauorꝭ in/
terueniat hauſta ſe mergēs aqua. ¶ Ex libro
de naturis rerꝫ. Nubes ſm Ariſto. eſt piſcis
in aqua viuens applicatus ad petraȝ. Aqua
non deſcendit nec ſeparat̃: niſi ꝑ attractionē
inſpirationis concitus.



## Capitulum. lxiiij.

N Ereides ⁊ Orcha. Iſidorus. Nerei
des ſūt belua marine toto corpe hir
ſutis hiſpide. Habētq₃ ſpeciē aliquā
formatam cū homine. Horū aliqua cū mor/
talis ꝯditionis imitatrix emori debet. audi/
tur procul gemit⁹ eius ac planctus. De his
plenius dictum eſt ſuperius in cap̄. Balena.
¶ Ex li. de na. re. Orchū monſtrū marinū eſt
(vt ait Plini⁹.) ei imago nulla poteſt exꝓmi
repñſentatione: niſi ꝙ ſit mollis carnis īmen
ſe. hec balenas graui odio ꝑſeq̄tur: dentib⁹
truculētis ſecreta feminaꝝ irrūpunt: ac mor
ſu lacerat. Ille vero ad flexū īmobiles: ad re
pugnādū inertes: pōdere ſuo onerate ac pin
nis inualide. Solū nouerūt auxiliū in altuȝ
mare refugere: ſeq₃ toto occeano defendere.
Ecōtra vero orche in malicia ꝑtinaces labo
rāt fugiētibꝫ occurrere: ⁊ incautas anguſtijs
trucidare: inuada vrgere: ſaxis illidere ⁊c.



## Capitulum.lxv.

Orbis. Iſi. Orbis dictus eſt a figura.ſ.q̃ rotũdus eſt.z totus in capite ꝯſtat. ¶ Pli.li.xxxij. Duriſſimũ eſſe piſciũ ꝯſtat eũ q̃ orbiſ vocaẗ rotundus ſine ſquamis.



## Capitulum.lxvi.

Oſtrea. Ex li.de na.rez. Oſtreũ vt dicũt Ambroſi⁹ z Iſi. Cumq; teſtaz aperit vt clementioris aure delicijs glorieẗ. Sed cancer inſidias ei repentinas ꝑtendit.z lapidē inter ei⁹ teſtas proijcit:ne illas cõiungere poſſit.z ſic oſtree carnes corrodit.oſtreũ ſiq̃dē in ſiccũ vł in ſicco iacens. iam vt in domo conchas tꝑe acceſſiõis maris aperit. ¶ Iſi. Eſt aũt in oſtrea ꝑcioſiſſima margarita naturaliter infixa q̃ maris aqua ĩ ea ſolidaẗ. Que etiã difficile apud reges inueniẗ.z in littoribꝫ q̃ſi vilis iacens:a vulgo ſaxis aſperis z cauteribꝫ colligiẗ. ¶ Pli.lib.ix. Silicea teſta incluſis fatẽdũ eſt nullũ ineſſe ſenſum vt oſtreis putreſcẽte limo ꝓueniũt ac ſpuma circa nauigia diutius ſtantia defixoſq; palos z ligna. Nuper cõpertũ in oſtrearia humorē fetificũ effluere in modũ lactis.

## Operationes

¶ Oſtree peculariter ꝯtra venena leporꝫ marini aduerſanẗ:eiſq; menſaꝝ diuitũ palma tribuiẗ:ſtomachũ reficiũt:faſtidijs medentur. A
¶ Additq; luxuriã frig⁹ obrutis niue:ſũma montiũ z marꝫ yma miſcẽs. ¶ Aluum leniter B
emolliũt:coctaq; mulſo tenaſmo q̃ ſine exul C
ceratiõe ſit liberãt. ¶ Veſicaꝝ etiã vlcera re- D
purgãt. ¶ Cocta ꝓo in conchis ſuis ſicut venerint clauſa mire diſtillatiõibꝫ ꝓſunt. Horũ E
teſte cinis vuã ſedat:z ꝯſillas admixto melle
¶ Ariſto. Eſt ãt piſcꝫ de genere oſtree.i.teſte F
dure:q̃ cauda natat z repit. ¶ Dyaſ. Oſtree G
porphire vnde purpura tingiẗ cochlee ſunt q̃ H
vſte deſiccatiue ꝟtutis ſunt q̃bꝫ z ceteraꝝ cochleaꝝ ꝟtute ſunt ſiles. ¶ Nã z ego eis vſus K
ſum in ramatica z diuturna z q̃ difficile ꝯcarnanẗ vulnera z caua:et nimis ꝓfunda. quas vſtas appoſui cũ adipe veteri z butiro nouo.





## Capitulum.lxvij.

Pagrus. Pauus. Pectine ꝛ Perca. Iſi. Pagrus piſcis ē quē greci fagrū ideo nūcupāt: ꝙ duros dentes habeat: ita vt oſtreis in mari alat̃. Actor. Pagrus ꝛ ipſe eſt dentix. de quo dictū eſt ſuperi⁹. Plinius libro nono. Omnes quidē piſces pregelidam hyemem ſentiūt: ſed maxime qui lapidem habere i capite eſtimant̃ vt lupi ꝛ pagri. Cumqꝫ aſpere fuerint hyemes: multi ex eis ceci capiunt̃: ſicut de lupo marino dictū eſt ſuperi⁹. Ex libro de na. rerū. Pauus maris dict⁹ eſt a pauone volucre: quoniā ſimilis ē ei i coloribꝫ. dorſo enī ꝛ collo pict⁹ ē colore diuerſo. In eodē libro vt ſupra. Pectines maris armant̃ vnguibꝫ. lucent in tenebris ignium more. In magnis frigoribꝫ ꝛ magnis eſtibꝫ recondunt̃ quia temperatū aerem eos habere oportet vt viuant: cum exceſſum paſſionū in elementis vngues eorum non pati valeant.

## Operationes

A Ariſtoteles. Animalis marini qđ dicit̃ pecten pedibus ſi qđ appropinquauerit oculū ſubito claudit. Plini⁹ vt ſupra. Pectines ſponte nature harenoſis proueniunt.

B Actor. Perca eſt piſcis pluuialis varij coloris curſu velociſſim⁹ ſquamis ꝛ pinnulis acutis ꝛ aſperrimis armat⁹: qbꝫ etiā ſe defendit cōtra piſces maiores ne pdantes eā iuadāt pre ceteris piſcibꝫ fluuialibꝫ ꝛ ſtagnenſibꝫ infirmis in cibo precipue conuenit.

C Alexander. Perca videns ſibi luciū imminere horret pinnis: ꝛ ſic euadit.



## Capitulum.lxviij.

Plataniſte et Perna. Albertus in libro de naturis animalium. Plataniſte vt dicit Plinius. belue ſunt marine: que gange fluuio Indie naſcuntur et in mare veniunt. Et roſtrum habent delphini. et caudam habent cubitorum ſedecim longitudinis. His ſocijs ſunt belue: quos ſtatuas vocant brachia bina habentes: quibus tanta ineſt fortitudo vt elephantes in aquam intrantes infeſtet: ꝛ eis permuſcidas abrūpat. Eodem libro vt ſupra. Perna animal ē marinum de genere concharū. Et eſt croceū valde magne quantitatis exiſtens. intra ipſas veſtitur vellere vulno ꝛ nitido valde precioſo: et fiunt inde ornamenta veſtium ꝛ peplorum precioſa.



## Capitulum.lxix.

Piſtris. Albertus in libro vt ſupra. Piſtris animal eſt marinum magnū valde vt dicit Plinius. In occeano gallias attingente aliquando inuentum. Aliquando ſe offert mare in modū altiſſime columne intra vela nauigantium apparens. et aquam ingentem ſpargit: ita ꝙ in pauorem vertit nauigantes.

## Capitulum.lxx.





PInna ⁊ Plais. Pliniꝰ li.ix. Pinna ē
piſcis concharū generis. naſcitur in
limoſis ſubrecta ſemper: nec vnq̄ſi-
ne comite: quem pinnocherem vocant. Alij
pinophilacem: id eſt ſuilla parua. alibi can-
cer. dapis aſſectator. pandit aūt ſe luminibꝰ.
orbum corpus intus minutis piſcibꝰ p̄bens.
Aſſultant alij ꝑtinus: ⁊ vbi licentiꝰ audacia
creuit implent eaꝫ. At illa ore compreſſo. q̄c-
quid cōcluſerit examinat. partem q̄ꝫ ſocio tri
buit. Quo magis miror exiſtimaſſe quoſdaꝫ
aquatilibus nulluꝫ ineſſe ſenſum. ¶ Ex libro
de naturis rerū. Pinna de genere concharū
eſt: corpuſq̄ꝫ rotundū habet. Mas ⁊ femina
ſocialiter ambulāt. aperit pinna conchas ſu
as ad lunā: ſeq̄ꝫ paruis piſcibꝰ offert q̄ſi mor-
tuam. Qui ꝑtinꝰ exultantes vbi licentius (ſi
cut dictū eſt) audacia creuerit implent eius
conchas. Mox vero pinnam ſe plenam ſen-
tiens app̄henſum q̄cq̄d incluſerit examinat.
Actor. Plays eſt piſcꝫ notus ⁊ vſitatꝰ apud
nos. ſcꝫ ⁊ bicolor. Nam ex vna parte albꝰ: ex
altera niger. De quo ſicut de pluribꝰ alijs ni-
hil in p̄nominatis autoribꝰ repperi: niſi forte
alijs nominibꝰ vocentur ab eis q̄ꝫ a nobis.

## Capitulum. lxxj.

POrcus marinus. Iſidorus. Porcus
marinꝰ eſt qui vocatur ſuillus. q̄ꝛ dū
eſcam querit: more ſuis terraꝫ ſub a-
quis fodit. Circa guttur enim habet oris ori
ficium. ⁊ niſi roſtrum harenis immergat pa-
ſtum non colligit. ¶ Ex libro de naturꝫ rerū.
Porcus maris eſt piſcis eſibilis porci terre-
ſtris ex magna parte ſimilis. Nam et caput
habet ſimilimum: et membra in corpore. co-
ſtaſq̄ꝫ ſimili modo diſpoſitas. Tota fere ca-
ro eius in pinguedinem tranſit. Lingua eius
abſoluta eſt vt porci: ſed voce differunt. In
eius dorſo quedam ſpine ſunt venenū effica-
ciſſimum habentes: ⁊ punctionibꝰ ſuis val-
de cruciantes. Sed fel eorum puncturis re
medio eſt. Pliniꝰ li. xxxij. Inter venena piſci
um ſunt porci marini. ſpine in dorſo cruciatu
magno leſorum. Remedio autem eſt limꝰ ex
reliquo corporis piſcium eorum.



## Capitulum. lxxij.

Polippus. Areſto. Polipp⁹ hʒ inuaſi-
nē ſquamoſitatē pedū. p illā enī inuol
uit om̄e qḋ ſibi appropinq̄t. Aial tñ
hñs ſanguinē hʒ cerebꝝ. Mēbra vētrꝫ in ſe
pia ꝛ multi pede ꝯſilia ſunt i figura ꝛ tactu q̄c
q̄t comedit aggregat i cauernis vbi manet.
Et poſtq̄ꝫ om̄e idoneū ſibi comederit. tūc te-
ſtas reſiduas ꝛ cortices cancroꝝ eijcit. Mu
taꝰ color ei⁹ ꝛ colore lapidū q̄ ſūt ꝓpe illum fit
colorat⁹ qḋ ei accidit cū timuerit. Ex lib. de
na. re. Polippus eſt piſcis tantā hñs virtutē
in brachijs: vt nautaʒ aliq̄n de naui incaute
ſtantem rapiat: ꝛ i mare trahat: eiuſqꝫ carni-
bꝫ ſatieꝰ. Carnibꝫ enī libēter veſciꝰ. ſupin⁹ ad
heret ſcopulis: ꝛ auelli neq̄t. cui ſi fetida res
admota fuerit: ab ei⁹ odore ꝓtin⁹ reſilit. Hi
in mari iuxta venetiā frequētiſſimi ſūt. Item
polippi ſiue multipes verſo in terrā capite co
eunt. oua atqꝫ tā multa fecūditate faciunt: ꝙ
hoīs occiſi teſta capi nō pñt. ſupqꝫ ſedētes et
incubātes q̄ſi cancellatꝫ brachijs camerā fa
ciūt. Itē pollippus vel multipes cornu cerui
vel ſtoracꝫ ſicci fumo deludiꝰ ꝛ dephendiꝰ. ꝙ
diligit ipm̄. ꝛ ob hoc intrat vaſa venātiū. Ex
ipo etiā aſſato i hamo poſito venatores mul
tos capiūt piſces. Polipp⁹ ꝛ karabo. ſi ſimul
irriti fuerint: karabo mortu⁹ inueniꝰ. Itē dr̄
ꝙ cū ouant natāt: ꝛ mares ꝛ femīe debilitan
tur intm̄: vt a piſcibꝫ paruis comedanꝰ: ꝛ i ca
uernis facile dephēdunꝰ. qḋ tñ nō accidit in
uenibꝫ ꝛ puis: imo fortiores ſūt magnis. Itē
in hyeme coeūt. in vere aūt ouāt ſiue pariūt
Caput maris longi⁹ eſt capite femine.



## Capitulum. lxxiij.

Pungitiuus. Ex li. de na. re. Pungiti
uus vero eſt oīm fere piſciū minim⁹
q̄buſdā ſpinis ſm nomē ſuū pungēs
Mas in eis circa fauces rubeus eſt. Femi-
na vero illa rubedine caret. Ambo ꝓ macu
lis nudati ſunt. Hos vulg⁹ opinaꝰ ſine ſemi
ne in aq̄s creſcere. ꝛ qḋ mirabilius eſt: alios
etiā boꝝ ſemē ꝓpagari. Vñ ꝛ hūc piſcem ma
trē piſciū vocant. Dicūt enī ſi ſtagnū nouū fi
at: nulluſqꝫ piſcis immittatur. Hos piſcicu-
los anno pmo in eo inueniri. ꝛ anno ſcdo di-
uerſi generis piſces ex eiſdem ꝓpagari.



## Capitulum. lxxiiij.

Purpura. Ex libris de naturis rerū.
Purpure ſunt conche marine q̄ ver
no tempe congregantur: ꝛ attrite li-
quoreʒ ore ſaliuant. Similiter ꝛ murices cir
ca canis ortū tricenis diebꝫ. Mutuoqꝫ attri
tu lentore cuiuſdā cere ſaliūat ſimiliter ꝛ mu-
rices. Purpuras ac viuas capere ꝯtendunt:
ꝙ cum vita ſua ſuccum illū euomūt: ꝛ maio-
ribꝫ quidē conchis detracta concha auferūt
Minores vero cum teſtis frangunt: ita de-
mum rorē eū excipiētes tyri lingua purpure
longitudine digitali: qua paſcitur ꝑforando
reliqua conchilia tāta aculeo duricia. Aqua
dulci enecantur: ꝛ ſicubi flumini immergun-
tur. Alioquin capte etiaʒ diebꝫ q̄nquagenis
viuūt ſalina ſua. Hoꝝ piſciū conche īfra an-
nū magnitudinē implēt: ꝙ ſi ante in creſcēdo
trāſcurrāt: vim libidinis auferꝰ: nec vltra co-
ire pñt: vt in tpe pcioſum liquorem pariant.
Unde ſumma diligētia pmo anno detrahun

tur eis conche vel ꝯſtringunt̄ ne creſcāt. Hoc liquore veſtis purpurea tingi ſolet. q̄ color nigricātis roſe more ſublucet purpure (ſm̄ Plinium) fetidis odoribꝫ capiunt̄. et cū ſemineces fuerint mari reddite reuiuiſcunt.

## Operationes

A ¶ Plini⁹ li. xxxiij. Purpure ꝯtra venena proſunt. Horū teſte cinis vtiliter cū melle illinit̄
B vlceribꝫ capitis. ¶ Idem quoqꝫ cinis cū melle efficaciter ſanat mulierū mām̄as. pannis
C etiam inſiſtit vtroqꝫ modo. ¶ Idem cinis ſiue opus ſit incipiētes diſcutere ſiue coctos emittere. Purpurarꝫ ſiue muricū minora genera ſunt efficaciora. ⁊ oris halitū cuſtodien
D tis. ¶ Dyaſcorides. Purpura maritina ⁊ blata appellatur: qꝛ quaſi blitula ſanguinis apparet. Hui⁹ virtus ſicca eſt. vnde vulnera putrida gingiuarꝫ in puluerē redacta ⁊ impoſi
E ta purgat ⁊ cicatrizat. ¶ Et ſi in eis mala caro ſupcreuerit: pulueriʒata adhibita depaſcit eam ⁊ extirpat. hoc et eius vngule com
F buſte faciunt. ¶ Eedem vngule ⁊ cooptoriuʒ conchilij albū fumigata caſtorei odorem habent: ac fumigatione ſua ſtericis offocationi
G bus laborātes liberāt. ¶ Epilenticos curāt. bibita ventrē mouent. Conchiliū ipm̄ cōbuſtum omnia ſupradicta nouit facere.



## Capitulum. lxxv.

r Ayte ⁊ Raha. Ex libris de naturis rerꝫ. Rayte que rahis gallice dicuntur: eſt piſcis mariſ inter piſces nobiles reputat⁹. ad modum vilis. Et hoc vbi eſt piſcium copia. prope modum rotundus eſt. et in lōgitudine ⁊ latitudine fere equalis. Oculos habet horribiles. Os quoqꝫ deforu. da te liuidum. ⁊ hoc non eo loco quo piſces ceteri ſed loco ventris. vbi vero caput ⁊ oculi ſunt os non habet. Caudā habet prelongaꝫ vt coluber: ⁊ in ea ſpinulas quaſdam acutas valde. Habet ⁊ qn̄qꝫ in capite lapidē: nec credimus q natura creauerit eum inutilē. Huius carnes indigeſtibiles ſunt vt carnes bouine. Impinguatur (vt dicit Ariſto.) vento meridionali flante. Jorath Eſt aūt piſcis nomine rahas ſtupefaciēs. ita q cū rhete portatur pueniat ſtupor eius ad manū qua portat̄. hic occultatur in arenaꝫ ⁊ luto. Venaturqꝫ totum qd ex piſcibꝫ appropinquat. ⁊ qꝛ ſtupefacit eos: ita q nō poſſunt moueri. Ipſe qꝫ conſequitur illos ⁊ comedit eos.



## Capitulum. lxxvj.

r Ana marina. Ambroſi⁹. Rana horrens in paludibꝫ: decora ī aq̄s in q̄bus omnibꝫ fere preſtat elementis. Areſto. Rana marina habet alas ſicut ⁊ omnia cetera: quorum finis tendit ad ſtricturā. Habet etiam brancos ad vnam parteꝫ declinantes aſperos. ſpinis ſimiles: ⁊ cooptoriuʒ habet in ranis. maior eſt femina ſicut ⁊ in ceteris ouantibꝫ: vt in lacertis ac ſerpētibus. habet rana marina ſupra oculos partes pendentes quaſi pilos. habētes capita rotunda quas ei pparat natura cibi cauſa. Cum enim rana mouet aliquid aquoſum cū luto ⁊ barena. tūc partes illas que ſunt quaſi pili erigit: eaſqꝫ cum piſcibꝫ paruis inuoluit: ⁊ ad oris

ficium ſuũ cũ eis adducit: ſicq̃ comedit. Et ſi ꝑ partes illas que ſunt ſup oculos non venať qñ depꝛehendiť debilis ⁊ egra inueniť. Ex his etiam que latent eſt rana. cũq̃ latuerit vadit ad viride ſup aquã ⁊ cibať piſcib9 paruis q̃ ſunt in eo. Rana cõtinue generatiõis eſt. ⁊ ouat extra vnũ ouũ cõpletũ tantũ. Et eſt dure teſte. ꝓpter ſalutẽ qua exteri9 indiget. Huius cã ẽ natura ſui corꝑis: q2 caput ei9 ẽ ĩ q̃ntitate multiplex ad ſuũ corp9. et ẽ ſpinoſum. Ideoq̃ nõ recipit pullos in vltimo. Omnes autẽ piſces nutriũt filios preter ranas.

## Operationes

A ¶ Auicenna in. iiij. canone. Rana marina rubea (ſicut narrauerũt ſapientes) maligna eſt inuadens aĩalia. Nã ex longinquo ad ea ſalit vt mordeat. ⁊ ſi mordere nõ poteſt: exufflationẽ nociuã ad ea ſufflat. B ¶ Ex eius morſu accidit apoſtea magnũ ⁊ ꝑditio velox C ¶ Cura eius cũ tyriaca magna: ⁊ quod eſt eius generis. D ¶ Actor. Rana marina rubea venenoſa. ⁊ eius potus accidit obfuſcatio corꝑis. ⁊ alia multa incõmoda. E ¶ Idez. De hac ⁊ alijs ranarum ſpeciebus dictum eſt ſupra in tractatu de aĩalib9 capitulo. cxxij.



## Capitulum. lxxvij.

Rumbus. Plinius libro nono. Rumbus eſt piſcis planus ſicut paſſer ⁊ ſolea. Hi a paſſeribus tm̃ ſitu corporum differunt. Dexter hic reſupinatus eſt illis. paſſeri lenus.

## Operationes

¶ Idem in libro. xxxij. Rumbi carnes trite ⁊ ex aqua mulſa date febricitantib9 ꝓficiunt. Ex libro de naturis rerũ. Rumbus eſt piſcis magnus fortis ⁊ aſtutus: ſed tardus. hic q̃3 piſcis vt rana marina ſimili modo depꝛedať. Nam in limo turbato abſconditus pinnas excertas mouet: ⁊ vbi piſces approximare viderit: mox eos corripit et deuorat. Argumentum eſt eius ſolerte. q2 cũ ſit tardiſſim9 omniũ piſciũ. mugilum tamẽ velociſſimum in ventre ſepiſſime reperitur habere.



## Capitulum. lxxviij.

Rubus ⁊ Ryache. Albertus ĩ libro de naturis animaliũ. Rubus eſt piſcis in mari. Italie ⁊ grecie habundans: ⁊ eſt de genere pectinis tot9 rotundus quaſi circulus pinnulis circũpoſitis. ⁊ ĩ parte magna pictus eſt rubeis virgulis ⁊ maculis. ⁊ illa ſupficies tota eſt plena ſpinis aliq̃ntulum anterius. Et hic piſcis eſt piger ad natandũ ꝓpter ſui corꝑis latitudinez. demergiť autẽ in ꝓfundo ⁊ turbat aquã ⁊ piſces qui acceſſerint incautos cõfodit. ita q̃ etiã velociſſimũ piſcem mugilum in ventre habere inuenitur. Hic piſcis delicatus eſt: et dulciſſime carnis. In eodem libro Ryache dicuntur piſces de pectini genere rotundi. ita q̃ cubitũ ⁊ aliqñ duos cubitos habent in latitudine ⁊ tantundem in longũ. caudam habẽt longã ⁊ in hac pinnulas acutas ad natandum oculos horribiles. ⁊ os quaſi in loco vẽtris turpiſſimum. carnes habent duras ⁊ indigeſtibiles. vbi ipe piſcis rarius inuenitur. ibi eſt propter raritatem deſideratur.



## Capitulum.lxxix.

Salmo ⁊ Salpa. Phiſiologus Salmo dicitur a ſaltu.caudã enĩ ore replicat ⁊ reflectit.firmiter eam ore tenens:donec ſalt⁹ agilitate locum etiam abruptũ conſcendit.ſed nec color multum valet: aut ſapore anteꝙ̃ guſtauerit mare. Ad quod tendens contra fluminis impetum a ꝓpoſito nõ diſiſtit quouſ(que) reficiatur.deĩde ad nota domicilia reuertitur. Ex libro de na.rerũ. Salmo piſcis eſt in latitudinem ⁊ longitudinem magnam excreſcens. Robore quoq(ue) fortĩ eſt ſed ponderoſus ⁊ grauis. Vis quã habꝫ agilitas a potentia virtutis eius eſt potius q̃ꝫ a leuitate corporis.hic vt dicit Pli.olim pferebatur omnibus piſcibus fluuialibus.⁊ maxime in aquitania. Carnes eius rubee ſunt. que licꝫ dulces ⁊ grate ſint valde.tñ ſatietatem cito manducãtibus ingerunt.piſcis iſte fetus facit:nec diu viuere poteſt ĩ aquis dulcibus ſtagnorũ niſi liberum habeat tranſitũ ad dulces vndas fluuiorum. quinetiã vbi in tranſitu ſepẽ vel aliq̃d hmõi obſtaculũ inuenerit:caput caude cõiungit.flexoq(ue) corpe ꝑuolat ad optata. In libro vt ſupra. Salpa piſcis eſt obſcenus ⁊ vilis.hic miraculũ ſui prebet vt nunq̃ꝫ decoqui poſſit niſi prius fortiter fuſte vel ferula verberetur.

## Capitulum.lxxx.

Sparus ⁊ ſtaurus. Albertus in libro de naturĩ aĩaliũ. Sparus piſcis eſt



marinus ⁊ telo miſſili ꝙ ſpergitur quando iacitur.⁊ dictus eſt eo ꝙ habeat huius inſtrumenti figuram. In libro vt ſupra. Staurus piſcis delectabilis qui ſolus ruminat. inter piſces.hunc piſcem dicunt non multos habere dentes:⁊ ideo ruminatione indigere.licet hec ſit cauſa ruminationis.dicunt etiam hunc piſcem romani de longinquis partib⁹ allatum in tyberi eſſe multiplicatum.



## Capitulum.lxxxi.

Sepia. Iſido. Sepia dr̃ q2 ſepib9 itercluſa facili⁹ capitur in coeundo obſcenum gen⁹.nã ore cõcipit ſicut vipera

huius attramēti tanta vis eſt vt lucerne ad-
ditū ethiopes videri.ablato ꝓori lumie q̄dā
tradūt.¶Ex li.de na.rez.Sepia ꝯcipit ore ſi
cut ⁊ vipera.oua eius dura ſunt.Que non na-
tant i mari niſi par ⁊ par: maſculus ⁊ femina
omī tpe ouant.⁊ in quadragita noctib⁹ oua
ſua cōplent.Femina cū ouat: mas eā ſequit.
⁊ ſup oua ſemen inſufflat vt viuificet.¶Are
ſto.Sepia membrū habet ſub ore poſitū qḋ
dicit maſtim.in quo eſt ſperma magnū. et qñ
accidit timor eijcit illud in aquā ⁊ turbat eā.
Habet etiam in interiori ſuo vaſa duo plena
ouis in albedine ſimilia grandini.Corpa vo
mariū mag aſpera ſunt: q̄ feminaꝝ.Pullus
ſepie ꝯtinuus eſt cū ouo in anteriori corpori
parte.nec pōt aliter eſſe.Anterior eni pars ⁊
poſterior in eodem loco conueniunt.

## Operationes

A ¶Dyaſc.Sepia cū attramēto ſuo cocta ca-
coſto macha eſt.ventrē mollit.Os q̄ molle eſt
oſſis ei⁹ collirijs cracomaticis neceſſarie mi-
B ſcetur.¶Jtem oſſa tuſa oniguinē dentib⁹ tol
lūt maculas carnis integro colori reſtituūt.
C ¶Glaucomata hoīm vel aīaliū in oculis ſuf
flando maxime cū ſale ad ſanitatē ꝑducunt.
D ¶Os ei⁹ tritū ⁊ cū aqua bibitū toracis vitijs
E ⁊ aſmaticis oīno ꝓdeſt.¶Pli.li.xxxij.Ocu-
loꝝ tumorē ruborēq̄ ſepie cortex cum lacte
mulieris illit⁹ ſanat.⁊ ꝑ ſe ſcatiricias emēdat.
F ¶Cinis eiuſdē corticis cicatrices oculoꝝ
G ſanat.⁊ albugines iumētoꝝ emēdat.¶Se-
pie in cibo ſoluūt.eariiq̄ teſte ex aqua ſalſa
mentoꝝ inherētia corpori tela extrahunt.
H ¶Medent ⁊ lentigini ceteriſq̄ vitijs ex oſſi
I bus ſepiarū vſtis.¶Jdem cinis ⁊ carnes ex
K creſcentes tollit: ⁊ humida vlcera.¶Platea
rius.Os ſepie quod in eius ventre inuenit:
ad albandos dentes valet.ſi puluere ei⁹ ſub
L tili in panno lineo poſito fricentur.¶Ad fa-
ciem quoq̄ dealbandam puluis eius cū vn-
guento citrino conficitur.

## Capitulum.lxxxij.

SErra ⁊ Scilla.Jſido.Serra denta
eſt: q ſerratā h3 criſtā: ⁊ ſubt⁹ natās
nauē ſecat.Phiſiolog⁹ Serra ē ma
rina belua pēnas hñs īmanes.qua cū vide-
rit in mari nauē velificantē eleuat pennas ſu
as: ⁊ ꝯtendit velificare cū naue.Ubi aūt cu
currit ſtadijs.xxx.vel.xl.laborē ſuſtinēs de-
ficit: ⁊ pennas deponēs ad ſe trahit.Uñ na-
uem maris cauſa iam laſſam reportāt ad pri
ſtinū ſuū locū in ꝓfundum.Ex libro de natu
ris rez.Serra criſtā habet ſerratā.quā na-



uib⁹ occulte ſupnatās eas in fundo ſecat: vt
intrāte aq̄ hoīes aſtutia doloſa mergat: eo-
rūq̄ carnib⁹ ſatiet.Alia quoq̄ ē eiuſdē nois
marina belua ingens pinnaſq̄ latiſſimas ha
bens quib⁹ ꝯtra naues velificare ꝯtēdit.Ex
li.de na.re.Scilla monſtrū eſt habitās in eo
mari qḋ italiam ⁊ ſiliciā intercludit.Nautis
quidem ⁊ oīb⁹ hoīb⁹ inimicus eſt: ⁊ eoꝝ ſan-
guine carnibuſq̄ delectat.caput ⁊ pedes ha-
bet ad modū virginis formata ſicut ſyrenes
⁊ rictus.⁊ oris hiatū ac dētes horridos vte
rū beſtialē: ⁊ delphini caudā.Mire fortitu-
dinis ē: nec i aqua facile vincit.Jn terra vo
ꝓpe imbellis h3 ⁊ vocē aliquantulū muſicaꝫ.
ipaq̄ belua carmine mirifice delectatur.



## Capitulum.lxxxiij

Syrena. Ex libro de naturis rerum. Syrene ſunt animalia mortifera: q̄ a capite vſq ad vmbilicum habent figuram mulieris improcere magnitudinis: horrenda facie. Crinibus capitis longiſſimis atq ſqualentibus. Apparent autem cum fetibus quos in brachijs portant. Mamis etē fetus lactant: quas in pectore magnas habēt. Quas quando vident naute multum timent: eiſq lagenam vacuam proijciunt. et ipſa cum lagena ludit donec nauis pertranſeat. Reliquam vero partem corporis habent vt aquila. et in pedibus vngues ad laniendum abiles. Porro in fine corporis habent ſquamoſas piſcium caudas. quibus vt remigijs in gurgitibus natant. Quoddam etiam muſicū ac dulciſſimum melos habent in voce. quo delectati nauigantes ⁊ attracti reſoluuntur in ſomnū. ſopitiq ſyrenarum vnguibus dilacerantur. Sed nōnulli nauigantium ſapienti vſi conſilio: fortiter aures ſuas obturāt: ⁊ ſic immunes tranſeunt. ne mortifero ſyrenarū cantu illiciantur ad ſomnum. Hec quidem belue in quibuſdam profundi gurgitis inſulis: ⁊ aliquādo in fluctibus cōmorantur. Et quod de lagena dictum eſt illi teſtati ſunt: qui eas ſe vidiſſe dixerunt. Syrenas tamen has nō in veritate beluas ſed meretrices quaſdam yſidorus fuiſſe deſcripſit. que tranſeuntes ad egeſtatem deducebant. Sed ⁊ philoſophi ⁊ ſanctorꝝ expoſitorū nōnulli contrarium ſenſiunt vera mōſtra marina eſſe dicentes. Sunt ⁊ ſyrene ſerpentes in arabie partibꝫ habitantes. equi curſu velociores. quarum etiam quedam alas habentes volare poſſunt. Harum tantum virus eſt efficaciſſimuꝫ ad nocendū. vt morſum ante mors q̄ dolor ſequatur. ¶ Phiſiologus. Syrene ſunt animalia mortifera vſq ad vmbilicum figurā hominis habentia. extrema vero pes vſq ad pedes volatilis. ⁊ piſcis habet figuram. Muſicum quoddam ac dulciſonum melodie carmen canunt. ita vt auditus hominum longe nauigantium ad ſe trahant. nimiaq ſuauitate prolixe modulationis aures eorꝝ: ac ſenſus delinientes in ſomnū vertant. Tūc demū cum vidēt eos grauiſſimo ſomno ſopitos. ignaros ac per inſipientiam ſuam deceptos inuadunt et carnes eorum dilaniant.

## Capitulum.lxxxiiij.



Spinachia et Squatina. Ex libro de naturis rerum. Spinachia corpore quidem eſt puſilla: ſed vtiliſſime vndiq ſpinis extantibus munita a morſu cuiuſlibet alterius piſcis eſt acutiſſima. ¶ yſidorus. Squatinus dictus eo q ſquamis ſit acutus. vnde ⁊ eius cute lignum politur. ¶ Plinius libro vndecimo. Squatina eſt piſcium genere q̄ pro ſpina cartillaginem habent. Omniaq talia carnoſiora ſunt ⁊ ſupina veſcūtur. Diuerſa piſciū genera non coeunt inſimul: preter ſquatinam ⁊ ranam. ex quibus naſcitur piſcis parte priori rane ſimilis. Et nomen ex vtroq cōpoſitum apud grecos trahit. Piſcium quidaꝫ ter in anno pariunt. Quidam bis. vere. ⁊ autumno. Ex planis ſola ſquatina bis. autumno occaſuq vergiliarum. Squatina vero intra ſe parit oua premollia in alium locum vteri transferens: ibiq excludens. Simili modo et omnia que appellauimus cartillaginea: ita fit vt ſola piſcium ⁊ animal pariant ⁊ oua concipiant. ¶ Ex libro de naturis rerum. Squatina piſcis eſt in mari quinq cubitos habēs longitudinis: ⁊ caudam pedalem. Hic abſconditus in limo piſces corripit ſubito. Autem tam aſperam habet vt ex ea lignum ⁊ ebora poliantur. Pilus ipſius cutis breuis ⁊ niger eſt. hunc adeo durum natura creauit: vt ferri vel calibis acumine vix incidi poſſit.

## Capitulum.lxxxv.

P

293



Solaris ⁊ ſolea. Ex li. de na. re. Solaris dictꝰ ē eo ꝙ ī ſole libēter ī ripis fluminū iacet. Caput hȝ magnū: orificiū latū. cutē nigrā ac lubricā q̄lis eſt anguillaꝝ. Epar hȝ dulciſſimū ⁊ eſibile p̄cipuū. ī vaſtitatē ac longitudinē maximā creſcit. Pli. li. ix. Solea ē piſcis a figura denoīta eo. ſ. ꝙ calciamētoꝝ ſoleis aſſimilet.

## Operationes.

A ¶ Actor. Solea piſcis ē marinoꝝ piſciū iuxta medicos infirmis ī cibo ſuauiſſimꝰ: qꝛ minꝰ ceteris flegmaticꝰ: eſt etiā ſapore gratus.





## Capitulum. lxxxvi.

Scolopendra ⁊ ſcorpio. Pli. li. ix. Scolopēdre marine terreſtribꝫ ſiles: q̄s centipedes vocāt. hamo deuorato oīa iteriora euomūt donec hamū egerāt: deīde reſorbēt. ¶ Yſi. Scorpio dictꝰ eſt qꝛ ledit dū manu tollitur. Tradūt āt. x. cancris cū manipulo ocimi alligatis. oēs q̄ ibi ſūt ſcorpiōes ad eū locū congregari. ¶ Ariſto. Scorpio marinꝰ ouat ī vere ſemel. ⁊ iteꝝ ī autumno. ¶ Pli. lib. ix. Cancri mortui in ſcorpiones figurant in ſicco.

## Operationes

¶ Idē li. x. Mēte ſuccꝰ ꝯ ſcorpiōes marinos ſumit. ¶ Idē li. xxxij. Mulꝰ etiā illitꝰ vel in cibo ſumptꝰ ꝯ ſcorpiones marinos ſumit ⁊ auxiliat.
¶ Scorpionis āt marini fel alopicias replet.
¶ Fel marini ſcorpionis rufi cū oleo veteri aut melle actico incipiētes ſuffuſiones diſcutit.
¶ Iterūqꝫ fel ſcorpiōis marini cicatrices tollit
¶ Scorpius marinꝰ necatus in vino: ⁊ obuli pondere potus veſica vitia ⁊ calculos ſanat.
¶ Lapide q̄ȝ q̄ inuenit ī ſcorpiōis marini cauda: cū ſol ē ī cācro torquāt ſerpētes ictibꝫ ſcorpionū. ¶ Dyaſ. Scorpiōes marini colerā deponūt. ſuffuſiōes oculoꝝ detergūt. caligines ⁊ glaucomata tollūt. ¶ Idē. Marini ſcorpij fel magnā hȝ virtutē. ⁊ ante fella q̄drupedū p̄muȝ. facit āt ad effuſionē ocl'oꝝ ⁊ ad caliginem ⁊ ad aſpredinē palpebraꝝ. ¶ Aui. in. ij. cañ. Ceruſa ſtanni ꝯfricata ſup marini ſcorpiōis pūcturas ꝯfert. ¶ Idem in. iiij. Ex morſu ſcorpiōis marini accidit inflatio vētris ⁊ forma poropica. ⁊ q̄nqꝫ vētoſitatis: exitus abſqꝫ voluntate.
¶ Cura eiꝰ eſt cura draconis marini ⁊ tiricle.



## Capitulum.lxxxvij.

Spongia. Scuamis ꝛ Scinthi. Albertꝰ in li. de na. aīaliū. Spōgia marinoꝝ eſt q̄ multoꝝ geneꝝ eſt. Et ꝯueniūt cū aīalibꝫ in motu ꝯtractiōis ꝛ dilatatōis Quedā eaꝝ immobiles ſunt a ſaxis. ꝛ ſi abrūpanť a radicibꝫ recreſcūt. Quedā āt ſunt mobiles de loco ad locū. In turbatis melius viuūt et in puris aquis putreſcūt ꝛ cibanť limo ꝛ piſcibus ꝛ oſtreis. ¶ In libro vrū. Scuamis eſt piſcis marinus quā germani catulā maris vocāt. Hic q̄nq3 pedes hꝫ in lōgū ꝛ caudā monopedalē. Hic piſcis in limo abſconditꝰ improuiſos interficit piſces. Cutē etiā hꝫ ita aſperā. vt ea cū ſicca fuerit ligna ꝛ ebora polianť. pilꝰ ꝓo eiꝰ breuis eſt ꝛ niger ꝛ ſimilis ariſtis herbe fullonū. ꝛ adeo durus eſt vt ferro ꝛ calibe vix poſſit ſcindi. ¶ In eodē li. Scinti aīalia ſunt aq̄tica in nilo natantia cocodrillis figura ſimilia ſed ſunt multū minora ꝛ cōtractiora. Hoꝝ carnibꝫ infecta pocula vim veneni extinguūt. prenunciant etiā tempeſtates. Antra ſua arantia ꝛ oſtiū ab oppoſito eiꝰ venti q̄ flaturus eſt aperientia ꝛ cauda villoſa aliud foramen qđ aduētum reſpicit obturantis.





## Capitulum.lxxxviij

Stoncꝰ ſiue Stincꝰ. yſi. Stincꝰ eſt bellua circa nilū. Aui. Stincus eſt guaril de nilo q̄ capiť in egypto. ꝛ eſtimauerť q̄dā ꝙ ſit de partu cocodrilli. Meliꝰ āt de ipſo eſt illđ qđ ē in ꝑte renū: auget q̄n̄q3 coitū ita vt nō ſedeť niſi ſorbitiōe iurꝭ lactucaꝝ ꝛ lentiū.

## Operationes

¶ Diaſ. Stincus eſt aīal qđ inuenit in India q̄drupes ꝛ ſile lacerte: ſ3 lōgiꝰ atq3 ventroſiꝰ. h aūt falliť. ꝛ ad venereos vſus facit ſi caro eius ex vini ciato poteť. nā ſi plꝰ ſumať neruos ledit. A

¶ Alb. i li. đ na. aīaliū. Stincꝰ eſt aīal marinū mediū inter platā ꝛ aīal qđ eſt ſic̄ ſtella pentagonū rufi coꝛij: ꝛ in medio hꝫ rimas q̄bꝫ trahit nutrimētū. Et ita excitat libidinē ꝙ ſanguinē eijcit ꝑ coitū. nec tñ ꝯcumbens adhuc coitu ſatiatur. nec medicinā habet libido niſi ꝑ ſuccū lactuce bibitum. B



## Capitulum.lxxxix.

Sturio. Ex li. de na. re. Sturio eſt piſcꝭ magnꝰ habitās in aq̄s fluuialibꝫ q̄ magne ſūt ꝛ diffuſe. viuere diutiꝰ nō poteſt in ſtagnis niſi ad dulces fluuioꝝ aq̄s tranſitū habuerit. Cibi parū aut nihil admittit ī coꝛꝑe Cui quippe cibꝫ in nutrimentum ſufficiēs eſt. ipſa ſola aeris ſerena tranquillitas. quaꝓpter ꝛ modicū hꝫ ventrē ac ꝓpe modū ſolidus ī loco vētris. ſic̄ in reliq̄ coꝛꝑis parte. hꝫ inteſtina lic3 parua reſpectu ſue magnitudinis. Epar vero ſatis magnu3 ꝛ adeo dulce: ꝙ vix comedi ſine ſtomachi abominatione poſſit. vnde eius felle qđ ꝯtiguū eſt epar fricari ſolet: vt exceſſus dulcioꝛis in epate: tempereť exceſſu amaritudinis

in ſelle. Ore caret: ⁊ illa pars integra eſt q̄ i ce
teris aīalibꝫ os occupare ſolet: nec niſi modicū
ſub gutture foramen habet clauſū. cū voluerit
apertū aeris ſerenicat. Auſtro citiꝰ impingue
ſcit. aq̄lone ꝓ flāte ſubſidet in ꝓfundis. Idez
in lacte poſitꝰ diu ſic̄ in aqua viuit. ¶ Alb. in li.
de na. aīalū. Sturio piſcis notꝰ eſt: quē anti
qui ſtoriā vocauerūt. Eſt aūt piſcis lōgi naſi:
⁊ magꝰ ad lōgitudinē nouē pedū qn̄ cōpletus
eſt. ⁊ eſt rotūdꝰ in modū claue. ⁊ tres hꝫ teſticu
los in pelle pungentiū ꝑ corpis longitudinem
Os habet ad ſugendū potiꝰ q̄ꝫ ad mādu cādū.
⁊ ideo in ventre eiꝰ nihil cibi inuenit̄ groſſi: ſꝫ
humor viſcoſus quem ſugendo accipit: carnes
habet albas ⁊ dulces. ⁊ nō hꝫ oſſa niſi in capite
Pinguedinē habet croceā. ⁊ epar hꝫ magnū ⁊
adeo dulce ꝙ niſi felle ſuo temperet̄: ꝓ dulcedi
ne generat abominationem.



# Capitulum. xc.

Stella. Pliniꝰ li. ix. Stellā in mari ſa
pietia claros autores video mirari. Cu
ius figura hec eſt parua admodū caret intus:
extra duriore callo. Huic tam igneū feruorem
eſſe tradunt: vt oīa in mari cōtracta adurat.
omnē cibū ſtatim peragat.

## Operationes

A ¶ Idem in li. xxxi. Carnes āt marine ſtelle cō
tra marini draconis ictus valent apposite.
B ¶ Ex li. de na. re. Stella piſcis eſt in mari oc
cidentali. cuiꝰ figura eſt ad modum ſtelle. Hec
cū aliqͦd aīal comederit: mox inuenit̄ in eiꝰ ven
tre durū quaſi bis coctus panis.



# Capitulum. xci.

Spongia. yſid. Spongia dicta eſt a ſin
gere. i. nitidare vel extergere. Vn̄ Cice
ro. Et ſingebat̄ ſpongꝫs ſanguis. i. extergeba
tur. Animal āt eſſe docet̄ cruore petris inherēte
Vn̄ ⁊ dū abſcindit̄ ſanguinē remittit. Nā alia
ſunt viuētia in aq̄s: q̄ diſcurrūt vt piſces. Alia
q̄ ſtant fixa vt oſtree. ycinꝰ. ſpongie. Ex his alie
mares dicūt̄: eo ꝙ tenues ſūt fiſtule ſpiſſioreſq̄ꝫ
Alie femine: q̄ maioribꝫ fiſtulis ac ꝑpetuis ſūt.
Alie duriores: quas greci appellant tragos. ⁊
nos bucoſas dicere poſſumꝰ ob aſperitatē ſui.
Nouiſſimū genus earū peniculi vocant̄: eo ꝙ
apte ſunt ad oculoꝝ tumores: ⁊ ad tergendas
lippitudines vtiles. Cādide ſpongie cura fiūt.
ꝑ eſtatē eñ ad ſolē ſternunt̄. ⁊ ſicut cera puni
ca candorem bibunt. ¶ Pli. li. xxxii. In mari
campanie vicino panē abiectū rapiūt. ⁊ ibidē
ad nullū cibū in quo hamus ſit accedūt.

## Operationes

¶ Pli. i li. vtā. Aq̄lo nares ſpongias ceterꝫ ꝑſe A
rūt nec vſq̄ꝫ diutiꝰ durare ipm medici aſſerūt.
¶ Harū genus molliſſimuꝫ peniculi tumores B
oculoꝝ ſedant ex mulſo impoſiti. abſtergende
quoq̄ꝫ lippitudini vtiliſſimi.
¶ Imponunt̄ ⁊ ipſe ſpongie epyforas expoſita C
⁊ ad dolores capitis ex aceto calido.
¶ Recentes diſcutiunt. molliunt: mitigant. ve D
teres autem vulnera glutinant.
¶ Vlcera q̄ꝫ humida ⁊ ſilia īpoſite ſiccāt fracture E
⁊ vlcera. ¶ Spongꝫs vtiliſſime fouet̄. qꝛ ſan F
guis rapit̄ in ſecādo: vt ꝑſpici poſſit curatio.

b ¶Infantiam q̃ ſiriaſim.i.capitis vlcera ſpun-
gia frigida cerebro humefacto ſanat.





## Capitulum .xcij.

T Eucha. Titimallus ꝛ Torpedo. Actor. Teucha piſcis eſt fluuialis vel ſtagnenſis oibꝫ notꝰ. In limo ſicut anguilla nutritꝰ. vnde ꝛ eius coloris eſt. ſcꝫ lucei ſiue nigri. vterqꝫ piſcis saporis dulcis eſt: ſꝫ male digeſtiõis. ¶Yſidorꝰ. Titimallus nomẽ ex flore accepit. Tynum quippe flos appellatur. Nam cum ſit ſpecie gratꝰ ꝛ ſapore iocũdus: tñ ſicut flos fragrat ꝛ corpe odores aſpirat ¶Idem. Torpedo dicta eſt eo ꝙ corpus tepeſcere faciat: ſi eã qſqꝫ viuentẽ tangit. Torpedo ſicut ꝛ ſquatina eſt ex genere piſciũ q̃ cartilaginẽ habent ꝓ ſpina. Omnia qꝫ talia carnoſiora ſũt: ꝛ ſupina vehũtur. Torpedo oua in terra ſeparit pre mollia in alium vteri locum transferens vbiqꝫ excludens Octogenos habet fetus. Nouit torpedo vim ſuam. ipſa non torpens: merſaqꝫ in limo ſe occultat.

### Operationes

a ¶Plinius li.xxxij. Torpedo emollit aluum in cibo ſumpta.

b ¶Et lyeni medetur impoſita ꝓcidentiſ morbũ intranei q̃ꝫ prohibet appoſita.

c ¶Deniqꝫ ſi torpedo dum eſt in libra capiat triduoqꝫ ſub diuo aſſeruet: faciles efficit partus.

## Capitulum.xciij.

T Rebius ꝛ Tructa. Ex li. de na. rerũ. Trebius eſt piſcis niger pedalis tm̃ lõgitudine. habẽs tñ q̃nqꝫ digitos. in craſſitudine hanc ei vim ineſſe Plinius recitat. vt pars eiꝰ in ſale ſeruata: aurũ qd̓ in altiſſimos puteos deciderit. admota extrahat ac fluctuare faciat. Hic colorẽ candidũ i hyeme mutat. ꝛ eſtate nigrior fit. ſolꝰ inter omnes piſces ex alga nidificat ꝛ oua in nido parit. Trebius eſt in oceano qui duro naues perforat roſtro. ¶Actor. Tructa exteriꝰ q̃dẽ varia ſic ꝛ petica. ſꝫ interiꝰ rubea. q̃ quidẽ vt fert̃ q̃diu minoris etatſ ꝛ corpis exiſtit in aq̃s tm̃ dulcibꝫ nutrit̃: ꝛ tructa vocat̃. Cũ aũt excreuerit ꝛ deſcendẽs vſqꝫ ad ꝯfinia maris de ſalſedine illiꝰ biberit: ſalmo efficit̃. qd̓ tñ verũ eſſe nequaqꝫ ab oĩbus aſſerit̃. Eſt aũt vterqꝫ piſcis delicioſus ꝛ ſapidꝰ ¶Ex li. de na. rex. Tructa piſcis eſt habitãs in fluuijs dulcibꝫ: q̃ magno impetu currunt de mõtibꝫ. ſquamas hꝫ vt ſalmo. carneſqꝫ ſimiles: ſꝫ multo eſibiliores. ꝛ hꝫ in eſtate tm̃ a menſe Julio vſqꝫ ad Nouẽbrẽ. hyeme xͦ carnes hꝫ albas vt ceteri piſces: minoriſqꝫ ſaporĩ. maculas hꝫ in dorſo croceas atqꝫ ſanguineas.

## Capitulum.xciiij.

T Eſtetz. Alb. in li. de na. aĩaliũ. Teſte animal eſt marinũ qd̓ pellis duricie teſteũ appellat̃. Hic aũt adeo ſpiſſam ex ſalſugine maris ꝯhit pellẽ ꝛ duram ꝙ calor naturalis interior ꝑ poros reſpiraculũ hr̃e nõ valet. cauſa eſt infirmitatis aliqñ: ꝛ tunc petit aq̃s dulces in q̃bꝫ pellis deſpiſſat̃. ꝛ ſic ſepe cõ-

P



mutat ſeipm: tñ ex mari nõ potat niſi aq̃s dul-
ces q̃ in mari ſũt. ſicut olim in hac ſciẽtia ꝓba-
mus ꝑ vas teſteũ in aqua poſitũ.



## Capitulum. cxv.

Teſtudo. Alb. in li. vꝛ̃. Teſtudines ha-
bitant Indicũ mare: ita latas teſtas ha
bẽtes: ꝙ hoĩbꝫ ſufficiũt ad hoſpitia pte eoꝝ in
tecto poſita. Aliqñ etiã in teſtis illis nauigatur
inter inſulas q̃ſi in zimbis. Hec teſtudines ſic
capiũtur: vt dicit Plini⁹. in feruore eñ ſolis gau
dẽtes: toto dorſo roſtro natant in maris ſuper
ficie: donec ita deſiccant̃ ꝙ mergi nõ poſſunt:
⁊ tũc inuite natãt donec manibꝫ accipiũt̃ vidẽ
tiũ. Dicũt etiã aliq̃ ꝙ nocte ad paſtũ teſtudi[nes]
ille egrediũt̃: ⁊ ſaturate obdormiũt in ſupficie
aque natãtes. ⁊ tũc plurimis ob capturã ꝯgre-
gatis tres natant ad teſtudinem quoꝝ duo ad
apprehenſam ꝯuertũt chocham ita ꝙ in tergo
latet oſtreum. Tertius aũt laqueũ iniicit capi
ti vel membro qđ eſt in loco colli. Et reſidui q̃
in littore ſtant trahunt ipm ad terrã. Teſtudo
aũt hec magna ſicͭ ⁊ parũa dentes non habet.
ſed roſtri margines habet acutas ita pixide. ⁊
dicit̃ tanta eſſe oris eius duricia vt etiã lapides
cõminuat. Dicit etiã Plinius ꝙ hec aĩalia co-
eunt pecudũ more. ⁊ ꝙ femine coitum de facili
nõ ſuſtinent donec maſculus aduerſus femine
feſtucas in ore poſuerit. In terra egreſſe ouãt
oua ouis anſerum ſimilia. ⁊ facit centũ vel am
plius. ⁊ illa fodit in terram extra aquã: ⁊ aliqñ
pectore iacet noctibꝫ ſup ea. Et ideo q̃dã dicũt
ea viſu fouere ꝙ tantũ eſt falſum fetus: aut in
terra educãt: ⁊ inducũt in aquã. Teſtudines
marine pecudũ more coeunt. vt dicit Ariſto. et
in terrã egreſſe oua vſq3 ad centũ ouis anſerũ
ſimilia pariunt: que ⁊ quidã ab illis tm̃ oculis
ſpectando foueri dicũt. ¶ Yſid. Teſtudo autẽ
dicta eſt eo ꝙ tegmĩe teſte in modũ camere ad-
operta eſt. Hoꝝ q̃ttuor ſũt genera: quoꝝ vnũ
eſt de quo hic agit̃. ſc3 teſtudo marina. Aliud
ꝟo eſt teſtudo lutaria. De alijs ſuis locꝭ dictũ
eſt. ¶ Solin⁹. Tracie populi marinas teſtudi
nes capere gaudent. Quaꝝ tanta eſt magnitu
do vt ſupficies eaꝝ domũ faciat: ⁊ numeroſa3
familiam nõ arcte receptat.



## Capitulum.xcvj.

t Igruis ⁊ tritte. Alb. in li. de na. aīaliū. Tigruis ē aīal marinū. Hec beſtia caudā hʒ duoꝝ cubitoꝝ latitudis. Fetū facit ī mari ⁊ nūꝗ̄ in terra. In terra āt erit ad ſiniſtrā: et h̄ ꝯtigit: q: oculo dextro meli⁹ videt ꝗ̄ ſiniſtro. flāte aq̄lone libēti⁹ exeunt ꝗ̄ alio tpe. Pli. dic ꝙ nauē inſequūť curioſitate vidēdi vela. et hic ſtupoꝛe tm̄ detineť ꝙ tridente in eos tacto vix fugiāt. in hieme latent vltra modū. Impinguātur ita ꝙ tertio āno vel q̄rto plurimūꝗ̄ moriūtur. In ethiopia tigrui beſtie ſūt coloꝛe fuſco ⁊ duabꝫ mām̄is a pectoꝛe deſcēdentibꝫ fet⁹ lactātes vt dicit Solin⁹. Dicit etiā ꝙ tigruis ī pōto naſciť. eo ꝙ aqua ceteris maribꝫ hʒ dulcioꝛes. Et ſi flumīa itrat: dextro latere intrat: ſiniſtro exit. ¶ In li. vtꝰ. Tritte ſunt piſces fluuiales in his currentibꝫ ei fluuijs q̄ cū impetu ruunt de montibꝫ. Squamas ⁊ carnes rubeas hn̄t. In eſtate vt ſalmo: in hyeme ſunt albeſcentes ⁊ minus ſapide. Maculas in doꝛſo habent ⁊ ruſas ⁊ nigras.



## Capitulum.xcvij.

t Hynn⁹. Ex li. de na. re. Thynn⁹ eſt mōſtrū marinū caudā hn̄s duoꝝ latitudis cubitoꝝ. In mari fetificat tm̄: ſʒ ī terra exit ad paſtū. Pli. Thynn⁹ naues ob curioſitatē videndi vela a vēto agitari pſeq̄ť: ⁊ eo ſtupoꝛe intantū afficiť vt etiā tridente in eū iacto terroꝛe nō moueať. Hyberno tpe latet. Surgitibꝫ pingueſcit intantū vt vita lōgiſſima p trienniū ſit. ⁊ habet q̄ eandē naturā cū tygrio. de qua in pcedenti ca. demōſtraui.

## Operationes

¶ Dyaſ. Thynn⁹ ſalſus ſi plurimū fuerit cōmeſt⁹ mitigat vipe moꝛſus. ¶ Cataplaſma tibꝫ adhibit⁹ medeť caninis moꝛſibꝫ. ¶ Pli. li. xxxij. Thynni adipe recēti ad oꝛ vlcera ē vſus attal⁹. ¶ Pſilotrū eſt thynni ſanguis. ⁊ fel ⁊ iecur ſiue recētia ſiue ſeruata. ¶ Iecur etiā tritū atꝫ mixtū cedro plūbea pixide aſſeruatū. ¶ Amēdatꝗ̄ palpebras pſilotꝛ inutilibꝫ pilis exemptis ī veſtigia euulſoꝝ inſtillatū.



## Capitulum.xcviij.

t Ortuca. Ex li. de na. re. Toꝛtuca maris eſt mōſtrū ingēs foꝛmatū ad inſtar toꝛtuce terreſtris. ſʒ ei⁹ magnitudinē in im̄ēſum excedēs. Nā octo cubitoꝝ eſt ei⁹ longitudo: q̄ttuoꝛ latitudo. Clipeū hʒ q̄ ꝯtra iacula tegiť ad inſtar vſualis ſcuti triangularē. ſʒ mūlto maioꝛē: vtpute q̄nꝗ̄ cubitoꝝ. Crura etiā hʒ magna: vngues magnos: ⁊ digitos ī pede maioꝛes ꝗ̄ ſint in leonibꝫ. foꝛtitudie q̄ʒ ⁊ audacia mirabiliter viget. quippe q̄ tres hoīes inuadere nō timet. Foꝛtitudine q̄ʒ fruſtrať ſi doꝛſum ad terrā vertať. Difficulter eñ ſurgit in doꝛſū cōuerſa ꝓpter latitudinē clipei qua a doꝛſo tanta belua includiť. Ariſto. Toꝛtuca poſtꝗ̄ comederit viperam: comedit origanum agreſte ne moꝛiatur.

## Capitulum.xcix.

v Acca ⁊ Vitulus marinus. Ex li. de na. re. Vacca marina monſtrū eſt magnū ac validū ⁊ ad iniurias



iracũdiũ.nõ h3 oua:ſ3 facit fetũ vnũ q̇dẽ ſepius
vel duos aut pl⁹. Fetũ tenere diligit ⁊ ſecũ du-
cit vbicũq̨ vadit. Hoc aĩal triginta ãnis qd̓ ꝓ
batũ eſt ãputatiſ eoꝝ caudis viuit. yſi. Vitul⁹
marin⁹ a ſilitudine terreſtriſ dr̄. Ariſto. Vitul⁹
marin⁹ h3 corp⁹ durũ ⁊ carnoſũ. ideoq̨ ğuiter
interficit̃. niſi cũ vulnere ⁊ maxillis. vox ei⁹ eſt
vt thauri. q̃tuor h3 pedes. nõ ãt auriculas: q̄ re
gimẽ vite illi⁹ ⁊ mãſio eſt in aq̃. Nam ſi eſſent ei
auricule ſup vias poſite multũ humorẽ recipe-
rẽt: ac motũ ⁊ natationẽ in aq̃ ꝓhiberẽt. Aial
generat cõpletũ. Eiuſq̨ partus eſt omĩ tp̄e ſicͤ
bois: ⁊ ꝑcipue tp̄e partus capraꝝ.



## Capitulum.c.

Verith: al's vericb. Vipera et vmbra.
¶ yſid. Verich piſcis eſt vulgariter ſic
dict⁹. latine vͦ criſtoſis. q̄ ariſtis in-
numeris armat̃ caro eius: ita vt incõmode edi
poſſit: ⁊ nõ ſine faſtidio. Unde paupeꝝ cibus
eſt: tanq̃ omniũ piſciũ eſibiliũ viliſſimus. In
aq̃s dulcib⁹ freq̃uter habitat: in his tñ q̇ fluxu
⁊ refluxui maris amaricant̃. Capitur autẽ ſic.
Rethia tendunt̃ in longũ aque vel in tranſuer
ſum. ⁊ ante rethia ſup aquas inſtrumentũ in-
ſtar arcus: ita vt fluitet ſup vndas. In ſupe-
riori autẽ eius parte nola ſuſpendit̃. eius ſonũ
piſcis audiens gregatim aduentat tinnitum
nole ſtultus ſequens. Et h̄ inditio patet: quia
ſenſum habent auditus. Incidẽtes ergo in re
thia capiunt̃ in multitudine magna. ¶ Idem.
Vipera marina piſcis eſt paruus paulo plus
q̃ cubiti vni⁹. In capite ſup oculos vnũ cornu
fert paruũ acutũ ⁊ mortifeꝝ. Eo nãq̨ quecũq̨
vulnerat veneno inficit. Qd̓ cauẽtes piſcato-
res capto piſce caput ei amputãt. reliquũ vero
corpus in vſus hominũ cedit. ¶ Idẽ. Umbra
dr̄ a colore: eo q̄ coloris ſit vmbroſi.



## Capitulum.ci.

Vergiliales. Albertus in li. de naturis
aĩaliũ. Vergiliales piſces ſunt in duo
bus lacub⁹ ytalie lano vic3 ⁊ verbacia

no in radicib⁹ alpiū effuſis tm̄ vergiliaꝝ ſtella/
rū ortū apparent ⁊ in omib⁹ alijs tempib⁹ latēt.
Hij piſces pulchras habent ſquamas acutas
vt claui. In capite aūt ſunt parui ⁊ poſtea in
caligaꝝ modū delectant.





## Capitulum .ciij.

VRanoſcupus Urtica ⁊ vulpes marine.
Plini⁹ li.xxxij. Uranoſcupus vocatur ab oculo quē hꝫ in capite a q̄ ſubter ⁊ ſup̄ intendit. Alio noīe gallie nuncupat.

## Operationes.

A Pri⁹ fel cicatrices ſanat: ⁊ carnes oclo⁊ ſuperuacuas ɔſumit. vt dicit Meander i comedijs
Idē li.ix. Urtica noctu vagat noctuq₃ mutat
Uis ei⁹ pruritu mordax eadēq₃ terreſtrꝭ vrtice.
Ariſtotiles. Animal genus qd̄ grece dicit akalabia. ⁊ credit eſſe vrtica maris: eſt iūgens alias in iirens per ſe. nec habet teſtam: ſꝫ eius creatio eſt ſicut carnis.
B Et hoc genus ſentit ⁊ rapit quicq̄d appropinquat manib⁹. ⁊ applicatur lapidibus cū ſuis pedibus. ſicut animal multo⁊ū pedum. Et fortaſſe tumeſcit corpus eius quando applicatur alicui rei. Habet autem orificium in medio corporis eius. ⁊ venatur quicquid tranſit per ipſum ex piſcibus paruis. ⁊ comedit yricium ⁊ pecten. id eſt plais.
C Plinius libro nono. Uulpes marine in periculo capture glutiunt: non tm̄ hamum: ſꝫ amplius vſq₃ ad infirma linee que facile prerodāt ſicq₃ capere non poſſunt. Uulpium terreſtriū aſſimilantur.

## Capitulum .ciiij.

Ypotamus. Ex libro de naturis rerum. ypotamus eſt belua in terra naſcens: ſꝫ in aqua ⁊ terra equaliter potens. Elephantib⁹ plerūq₃ maior. Roſtrū habet reſupinum. dentes aduncos. noctib⁹ ſegetes depaſcit. ad quas quaſi retrogradus pergit. libentius autē p̄ ceteris partibus corporis in pedib⁹ vulnera recipit. In nilo habitat. ⁊ in partibus Indie precipue reperitur. ex eius cute tornantur haſte. Ariſto. ypotamus. id eſt equus fluuialis: habet equinos crines. fiſſos pedes ſotulares vt vacca. ⁊ eſt ſine facie. habens in pedibus kahab. Cauda eius vt porci. hinnitus vt equi. Magnitudo vt aſini. Corium eius groſſum valde. Ideoq₃ parantur ex eo ſotulares ⁊ corrigie. Interiora eius aſſimilantur interioribus equi ⁊ aſini. Et licet in terra maneat: ſine aqua tamen viuere non poteſt: ſicut tortuca et rana marina ⁊ cocodrillus.

## Operationes.

Plinius libro. xi. Corij vero craſſitudo talis eſt ypotamis. vt inde tornent haſte cum ingenio quadam medica diligentia. A
Cinis corij ypotami cū aqua illitus pānos ſanat. adeps eius febres frigidas. B
Pellis ei⁹ e ſiniſtra pte fronti adalligata ventrē inhibet: ⁊ eiuſdē cinis alopicias explet. C
Teſticuli. ʒ.i. ex aqua bibit contra ſerpētes. D
Fimus ſuffocans dentes e parte leua dolorē dentiū ſcarificatis gingiuis ſanat.





## Capitulum.ciiii.

Zedroſus Zidrach ⁊ Ziphiꝰ. Ex li. de na. re. Zidroſi belue marine ſunt arabiam incolētes. quaꝝ oſſa adeo magna ſūt vt fores in domibꝫ ⁊ pallacijs tigna: ⁊ alia ſtricture neceſſaria de illis commode ſecenť. quadraginta nāqꝫ cubitoꝝ magnitudinis reperiūť. In li. vtš. Zidrach eſt mōſtrū forma mirabile: qꝺ ꝑtendit maliciā in ſua figuratione: ſꝫ innocuū reperiť. Caput hꝫ vt equꝰ: ſꝫ forma minori. Corpus autē ex omī ꝑte draconi ſimilimū eſt. totūqꝫ diuerſimode coloratū. Caudā hꝫ lōgā ſm q̄ntitatē corporis ſui gracilē ⁊ tortuoſam vt anguis. pinnas hꝫ q̄ꝫ ſicut piſcis. ¶ In eodeꝫ li. Ziphiꝰ eſt marina belua valde formidabilis. ⁊ omniū animaliū generi valde diſſimilis. forma ſingularis. Huiꝰ nāqꝫ caput ſi videris mōſtruoſum eſt omnino. Si oris abyſſum fugies velut imagineꝫ mortis ſi oculos horrebis. ſi reliquū corpus nihil in rebꝰ ſimile te vidiſſe fatebaris.

## Capitulum.cv.

Zitiron. yſiꝺ. Zitiron mōſtꝝ eſt quod
z vulgus militē vocat. ⁊ eſt ingēs atꝫ fortiſſimū in anteriori parte: q̄ſi formā armati militis ꝑfert. ⁊ caput q̄ſi caſſide galeatum ⁊ ex cute rugoſa ⁊ dura ac firma nimis. Ab eiꝰ collo dependet ſcutū longū. latū ⁊ magnum. et interiꝰ cauū vt in eo poſſit ꝯtra ictus pugnantiū more defendi. Eſt em̄ forma triangulare firmitate duriciaqꝫ tam validū vt vix vnq̄ꝫ poſſit iaculo penetrari. De collo eius ⁊ de ſpondilibꝫ vene quedā ac nerui fortiſſimi ꝓtenduntʳ in humerū. qbꝫ ꝑdictū ſcutū pendet in ſcapula. Brachia q̄ꝫ fortiſſima nimis hꝫ. ⁊ q̄ſi manū biſulcā cū qua validiſſime ꝑcutit. Vn̄ fit vt difficulter nimis ab hoīe capi poſſit. Et ſi captus fuerit difficulter etiā necari: niſi cū mallijs poterit.



## Capitulum.cvi.

z Ziſius. Alb. in li. de na. aīalium inq̄t. Ziſius eſt animal maris nulli alij ſimile maximū ⁊ ingēs de genere cetorū: caput habet monſtruoſum. os ꝓfundū valde. oculos horribiles. in toto corpore nulli alij ſimile niſi cete.

## Prohemium.

Seneca in naturalibꝫ q̄ſtionibꝫ li. vij. dicit Sic in nobꝭ nō tm̄ ē ſanguis: ſꝫ multa gn̄a humoꝝ. ſic ⁊ in terra plura ſūt humoꝝ genera. Quedā em̄ ſūt q̄ natura indurant. hinc oīs metalloꝝ hum⁹ q̄ aurū ⁊ argētū fit generat. Quedā ꝟo ſunt q̄ in lapidē ex liq̄re vertūt. vn̄ ⁊ lapides p̄cioſi ſuccreſcūt. Quia āt in tractatu ſupiori q̄rto: videlicꝫ dei auxilio cōplero d̄ aquatic ⁊ natatilibꝫ earūqꝫ ꝓprietatibꝫ ⁊ naturꝭ tractauim⁹: nūc eiuſdē ſūmi dei auxilio tractatū q̄ntū aggredientes de lapidibꝫ p̄cioſis: necnō de his q̄ in terre venis naſcūt: eorūqꝫ ꝟtutibꝫ ꝯtractabim⁹. ⁊ modū ſeu ordinē alphabeti ſic in p̄cedēti obſeruādo. Primo de lapidibꝫ dicemus.



## Capitulum. j.

a Adamas latine. Arabice hager ſubedbig. Sera. li. ag. cap. hager. Hager ſubedbig eſt mes fluminis in q̄ eſt lapis de mes. Et eſt flumē ad qḋ nūqꝫ aut aliq̄s niſi Alexāder venit. ⁊ eſt in finibꝫ coraſceni. Et color ei⁹ approximat colori ſalis armoniaci. ⁊ eſt fri. ⁊ ſic. in. iiij. g̃du. Et idem auc. Dyaſ. Eſt lapis q̄ vtunt aurifices ponētes i ſtilo ad ſculpēdos lapides. Enax i lapidario ſuo Adamas eſt lapis duriſſim⁹: parꝝ criſtallo obſcurior: coloris tn̄ liuidi fulgēs, adeo ſolid⁹: vt nec igni nec aliq̄ re frangat: molleſcat ⁊ ſoluat. Soluit tn̄ ⁊ molleſcit ſanguīe ⁊ carne hyrci p̄cipue: ſi hyrc⁹ an̄ aliq̄ꝫdiu biberit vinū vel ſiſeleos comederit mōtanū vel petroſilinū. q̄ talis hyrci ſanguis etiaꝫ ad frangendū lapidē in veſica valet. Soluit etiā lapis ille a plumbo ⁊ nō trahit ferrū: eo ꝙ nō ſit ꝓxi⁹ locus generatiōis ei⁹ in minera ferrea. vt q̄daꝫ mēdoſi dixerūt. Maior aūt q̄ntitas eſt inuēta ad magnitudinē auellane. Naſcit aūt in Arabia ⁊ in cypro. ſed cyprium eſt magis molle ⁊ obſcurū. Et hic lapis qn̄ magneti ſupponit ligat magnetē ⁊ nō p̄mittit eum ferrum trahere.

## Operationes

Sera. Maior ꝟt⁹ ei⁹ eſt i auro ⁊ argēto ⁊ calibe. vn̄ lacerto ſiniſtro alligat⁹ valet ꝯ hoſtes ⁊ inſaniaꝫ ⁊ indomitas beſtias. ⁊ ꝯ iurgia ⁊ rixas ⁊ venena: ⁊ incurſiōes fātaſmatū ⁊ incuboꝝ ⁊ ſuccuboꝝ. Nūc āt lapidē q̄dā magnetē vocauerūt: ⁊ q̄dā eundē ferrū attrahere mentiunt A

Idem. Iſte lapis hꝫ duas ꝟtutes q̄ raro aggregant in alio lapide. Una eaꝝ eſt ꝙ nō ꝯiungit alicui lapidi qn̄ nō frangat. ꝓpter h̄ coaptāt fragmēta ei⁹ in ſūmitatibꝫ ferri aſperſi ad pforandū: ⁊ pforant cū eo lapides aliȷ̄ ſic ſmaraldus. tabarzet. zaphirus. ⁊ alie gemme. B

Alia virt⁹ eſt ꝙ ſi accipiat granulū vnum ex fragmentis eius: ⁊ glutinet in ſummitate ferri cū glutine romano. ⁊ intromittat in veſica per foramen virge: frangit lapidē. Habet ſimiliter aliam ꝓprietatē: q̄ nihil frangit lapidem hunc niſi plumbū. nam ip̄m rumpit ⁊ conterit. C

Et idē auc. Dyaſ. Adamas eſt lapis q̄ vtūt aurifices ponētes in ſtilis ad ſculpendos lapides. ⁊ ꝯfert gingiue fluxe. ⁊ purificat dentes D

Et idē aucto. Gal'. Uirtus eius eſt q̄ abſtergit abſterſione forti: ⁊ ſignū qḋ aurifices vtunt iu h̄ ꝙ indiget abſterſione. Et nos iam experti ſumus ꝙ mūdificat dentes ⁊ abſtergit. E

Et in eo eſt ꝟtus aliq̄ calida. ⁊ ꝓpter hāc cauſam admiſcet in medicinis cōburētibꝫ: ⁊ in aliquibꝫ deſiccatiuis q̄ curant gingiuas fluxus. F

Ex li. de na. re. Adamas fortē facit hominē cōtra hoſtem. Somnia vana repellit. venenū fugat ⁊ prodit. Fertur em̄ ſudore madere. ſi venenū adhibeatur prope. G

Prodeſt lunatic ac demone repletis. Ex cōtactu etiaꝫ ꝓdeſſe dicit inſanis. H

## Capitulum. ij.

Agathes ſiue agapis. Agathes ſm Dyaſco. in ꝓprio ca. hꝫ maximā ꝟtutē. ſcꝫ q̄ calorē hꝫ ſimilē pelli leonis. yſaac beniamin. Agathes autē lapis niger eſt albis venulis in modū cuiuſdā ſpeciei lapidis albeſtō. Et inuenit ali⁹ minor eiuſdē ſpeciei. q̄ ſimilis ē corallo ⁊ tertiū gen⁹ plurimū ſui i creta inſula naſcit ꝙ hꝫ in nigro venas croceas. Eſt q̄rtū genuꝫ Indicū ⁊ variū quaſi ſanguine ſit aſperſum.



# Operationes.

A ¶ Dyaſ. Agathes valet ad morſũ ſcorpiõis alli
gatꝰ vel illinitꝰ cũ aq̃ ſtatim tollit dolorẽ. tritꝰ et
vulneri aſperſus vel in potione cũ vino datꝰ vi-
peraꝝ curat morſus. portatꝰ facundũ prudẽtẽ
B amabilẽ ꝛ g̃tũ facit. ¶ Yſaac beniamin. Primũ
q̃dẽ genꝰ aptũ eſt ad regũ formas q̃ lapidibꝫ in
ſculpũt. ꝛ plurimi lapides hñt capita regum in-
C ſculpta. ¶ Et cũ iacẽt ad caput dormiẽtiũ fertur
D oſtẽdere mlta ſimulachra ſomnioꝝ. ¶ Tertiũ
aũt genꝰ qđ creticũ eſt facit vt adiuuet vincere
pericula ꝛ viribꝫ ꝯuenit cordis. gratũ ꝛ placen-
tem facit. vt dicit Euax. et coloris facit hoiem
boni ꝛ facundum.



# Capitulum. iij.

Alabandina. Yſid. Alabandina dicta
eſt ab alabanda regione Aſie. Eſt autẽ
criſtallini genꝰ. Cuius color ad cedoniũ vadit
ſꝫ rarus. Arnoldꝰ. Alabandina fulgorẽ habet
q̃ eſt ruffus clarus vt ſardius.

# Operationes

¶ Huius virtus eſt ꝙ fluxum ſanguinis pro- A
uocat ꝛ augmẽtat. ¶ Ex lapidario. Eſt alaban B
dina cuius lux eſt emula ſardi. Indicis autem
dignum de nomine fallit amicum.



